













5634

A2135(3)

CVRATIONVM 1

EMPIRICARVM ET HISTORICARUM in certis Locis & Hominibus optimè riteq; probatarum & expertarum,

CENTVRIA OCTAVA.

AVTORE

MARTINO RVLANDO

seniore Illustrissimorum Comitum Palatinorum Rheni, Bauariæq; Ducum, &c

MEDICO.

Cum INDICE

morbos, symptomata, ægrotorum nomina, loca & medicamenta, iuxta numerum curationum, continente.

BASILEÆ.

2.

REVERENDO, NOBILItatis summo genere, omniq; Doctrina, præclara Eruditione, & virtute eximia ornatissimo Domino IOANNI GEORGIO de VVERDENSTAIN, &c. Cathedralis Ecclesiæ Eychstadianæ & Augustanæ Canonico atq; à Sacris consilijs Bauariæ, &c.

Domino suo honorando

S. P. D.

Et

CENTVR. VIII. *Pristini amoris, amicitiæq; olim in Italia initæ & confirmatæ*

MONVMENTVM

Donat, Dedicat, Consecratque

MARTINVS RVLANDVS

Medicus Palatinus & Lauginganus.

CVRATIONVM EMPIRICARVM ET HISTORICArum in certis Locis & Hominibus probatarum.

CENTVRIA OCTAVA.

Autore.

MARTINO RVLANDO
Medico Palatino & Laugingano.

CVRATIO I.

Strumæ, Scrofulæ.

Struma.
Scrofula.



ENEROSA q̃dã Virgo N.N. nodum magnũ ad Strumã trãſeũtẽ patiebatᷣ in collo: quẽ mox in totũ extirpauim⁹ applicãdo manè & ueſperi

Ol. sulfuris. *Balsamum sulfuris.*

Et desuper apponendo
Empl. Diasulf. Emplastrum Diasulfuris.

CVRATIO II.

Mamillarum vitia. *De Mamilla indurata, suppurata, Mammarumq; alijs vitijs rectè & citò curandis.*

Lauginga. VIrginis Lauginganæ Vvaldburgæ Schusterin Mamillarũ altera tumuit, indurata fuit, doluitq; vehemẽter. Istam isto curaui modo.

Ol. sulfuris. *Balsamum sulf.*

Monitu meo manè & vesperi inunxit mammam affectam Balsamo sulfuris nostro. Postea

stea applicauit.

Emplastrum Diasulf. nostrum. *Empl. Diasulf.*

Quibus indies tumor, duricies, & dolor diminutus fuit, ac paucis interpositis diebus ad suppurationem peruenit, apertaque est in multis locis, & breui ad optimam sanitatem reducta est. Nam hæc duo remedia ualent ad Mammarum omnia uitia etiam ulcera cancrosa. *Cancer.*

CVRATIO III.

De oculorum alternis lachrymis, rubore, dolore, crassis nebulis, & diminutione uisus. *Oculorum lachrymæ, rubor, dolor, nebulæ, uisus imminutus.*

IN Illustri quodã Domino per syluas equitãte casu uirgultũ ad

ad oculorum alterum allisit, grauissimè læsit, & prædicta grauia ac periculosa mala induxit.

Pro his remouẽdis multi celebres medici & chirurgi tentarunt multa, sed frustrà. Tandem aduocatus ego impono manè & uesperi in oculum læsum supinato Domino quinque guttas ex

Aqua ophthalmica nostra.

Aqua ophthalmica. Et postea linteolum in eandẽ aquam intinctũ ac leniter expressum superpono. His ita factis, statim, laus Deo, oculus cõsanescit atq; intra decem dies à malis prænotatis liber sanus-

que

que optimè euasit.

CVRATIO IIII.

Exulcerationis uesicæ cum urinæ suppreßione.

Vesica exulcerata cum Vrinæ suppreßione. Lauginga.

THomas Neuhauser Ciuis & pharmacopola Laugingan⁹ circa ætatis annum sexagesimum diu infestatus fuit uesicę exulceratione,& ob hãc totius sæpe urinæ suppreßioně ualdè longam perpessus est,haud sine uitæ discrimine.

Diureticum instrumentum.

Diuretica candela

Accitus ad hunc, ego mox intromisi candelam cereã uene-

tam Diureticam oleo ſcorpionum perlitam per meatũ urinarium uſq; ad veſicæ fundũ, & ubi poſt horæ quartam partem extraxi, prorupit copiosè urina cum cruore, ſanie, pureq́; fœtido multo. Atq; hoc inſtrumento aliquoties ſic adhibito urinæ meatus apertus manſit, facilè minxit, exulceratioque curata fuit.

Diæta.

Cibus interim, dum iſta perficeretur cura, erat calefaciens, humectans, facilisq́; digeſtionis.

Potus, lac amygdalarum dulcium.

CVRATIO V.

Podagræ.

Podagra.

CElebris quidam Canonicus Auguſtanus N. N. ingentes podagræ dolores patiebatur diu, cuius amici ad me pro Aqua antipodagrica miſêre, qua ſupra membrum dolẽs ac malè affectum eo, quem ſæpe indicauimus modo applicata, protinus dolores diminui, ſeq́; melius euidenter habere, ac omnino ſtatim valere rectè ſenſit & prædicauit.

Aqua podagrica.

CVRATIO VI.

Febris Tertianæ notæ, linguæq́; ardoris & Symptomatum aliorum.

Febris Tertiana.

Linguæ ardor.

Hans Volck Ayslinga.

IOan. Volck uir octoginta annos natus Ayslingæ febre tenebatur grauiss. Tertiana spuria, quam comitabatur linguæ inflammatio, sitis, multaq; mala symptomata. Vrina eius erat rubens & spumosa.

Cura à me instituebatur talis.

Diæta.

Cibi erãt iuscula, aliaq; humectãtia ac modicè refrigerantia.

Pro potu ordinabatur

Decoctum cholagogum. quod Rec. Hordei mundi vncias tres.

Cichoreæ Manipulũm vnũ.
Radicum cichoreæ vnc. tres.
Rosarum } ana pugillum u-
Violarũ } num. Li-

Liquiritię rasę Drachmas iij.
Ficuum, Numero iij.
Passularum vnc.ij.
Sacchari candi vnc.ij.
Cōmiscentor & coquūtor in lib. sexdecim aquæ ad cōsumptionē lib. duarū pro Decocto colando & bibendo frigidè quantum sitis appetit.

Purgatio.

Corpus ipsius purgabatur sic:
Rec. decocti senę vncias duas semis.
syrupi rosati solut. vnc. iij.
Miscentor pro Haustu: quo totū corpus à biliosis, phlegmaticisque humoribus rectè ac multum euacuatum fuit, & melius

melius ſe ſenſit habere.

Phlebotomia.

Expurgato corpore aperuit hepaticam uenam in dextro cubito, & quia extractus ſanguis purulentus apparebat, ſequenti die meo monitu in ſiniſtro cubito medianam quoque ſecuit, multumq́; profuit.

Gargariſma.

Gargariſma.

Linguæ interim dum iſta facimus & molimur, ardor ita tollebatur.

Gargariſabat crebrò, potiſsimùm uerò quoties areſcebat lingua cum aqua decoctionis raparum tepente.

Eclegs

Eclegma.
Linctus, Lohoch.

Post Gargarisationem lābebat semper & deglutiebat nō-nihil ex sequenti Eclegmate.

Rec. syrupi de liquiritia
de hyssopo
acetosæ S. ana vnc. vna.
oxymel. squillitici.
Aceti squillitici ana Drach. tres.

Misceantur pro linctu.

Atq; usu horum senem hunc longæuum & febris reliquit & symptomata depulsa sunt.

CVRATIO VII.

Ischuriæ, Vrinæ suppressæ. *Ischuria. Vrina suppressa.*

Illu-

ILlustris Baro N.N. per multos dies ob renum calculos in Vrinæ ſuppreſsionē omnimodam incidit cum uitę periculo ætatis anno ſexageſimo. Pro iſto leuādo malo chirurgi multa inſtrumēta admouerūt, ſed abſq; omni profectu. Tandem ego an hunc Dominum uocatus mox ipſi ſine inſtrumentis manus medicas ſalutiferas eiuſmodi adhibeo.

Diuretica.

Diuretica.

Diæta.

Cibis quibus ueſcebatur, incoquebatur

Gratia Dei.

Vino quod bibebat, imponebam grana alkakengi contuſa.

Epi-

Epithema.

Vmbilico ſępius apponebã & imponebam oleũ Heracleinũ.

Fotus.

Cæpas & alia inciſa, butyroque ac aceto frixa calida ſuper impoſui ad pectinẽ & inter anũ ac ſcrotũ. Hic itaq; ſimul adhibitis poſt Dei deuotã inuocationẽ, urina intra horę ſpatiũ copioſè nimirum ad multas libras profluere cœpit cũ nõnullis calculis & arenis. Atque ſic generoſus & ab alijs medicis deſperatus Baro, à flebili diuturno ac perniciali iſto morbo liber euaſit per Dei gratiam, cui in omne æuum honor & gloria eſto. Amen.

CVRA-

CVRATIO VIII.

Dentium dolor.

Doloris in extracti Dentis cauerna irritati.

TEus Meyding. Episcopalis aulæ Dilinganę ianitor perferebat vehementem & assiduum dolorem in extracti Dētis cauerna. Huic meo suasu imposuit Oleum Heracleinū: quo statim & subitò remotus est dolor magna cum Patientis admiratione, & gratiarum actione.

CVRATIO IX.

Squinantia. Synanche. Angina. Gundelfinga.

Squinantiæ, Anginæúe.

D. M. Io. Reger, Ecclesiæ Dei Catholicę apud Gūdelfingenses pastor perdoctus, pius, ouiumq́;

ouiumq́; ſuarum uigilantiſsimus uigil patiebatur natus annos octo ſupra triginta grauẽ & mortiferam συνάγχην, quam Latini Anginam uocant, Barbari Squinantiam. Hanc comitabatur Spirandi difficultas, ægerrima alimenti potionisq́ue tranſglutio, tumor amygdalarum, uuulæ, atque colli internus & externus.

Huic per me, Deo tam à Medico quàm ab ægroto inuocato, ſanitas mox eſt reddita, ut ſequitur.

Illitus.

Singulis horis fauciũ loca affecta, maximè verò amygdalæ,

ac uuula illinebantur oleo He-
racleino, quo ſtatim meliu
ſenſit, reſpirauit & deglutiuit

Cataplaſma.

Linteo præterea triplicato bu-
tyro perlito calidè circũplica-
uit ſingulis tribus horis totum
collum, quo tumor emollitu
& diminutus quoque fuit.

Gargariſmus.

Gargariſmus.

Cum his ita tentatis ſimul
gargariſabat tali Gargariſma-
te.

Rec. Origani
Betonicæ
Saluiæ ana Manip. ſemis.
Sem. nigellæ ueræ Drach.
duas.

Cor-

Corticum granatorum vnc. vnam.

Rosarum immatur. manip. semis.

Pyretri. Drach. duas.

Staphysagriæ, Drachm. vnam.

Decoquantur in aceto q. s. ad dimidias pro Gargarismate, quo singulis horis utebatur feliciter.

Diæta.

Cibi erant liquidi ac molles, & iuscula ex carnibus, pisis, &c.

Potus Decoctum hordei saccharatum.

Atq; his perpaucis adiuméti
Deo suum fidelem ministrum
adiuuante mox ad sanitatem
rediȷt optimè, optimeq; poste
sacra Dei sui peregit.

CVRATIO X.

Gangrænæ, Sphaceli, Syderationisue.

Gangrena. Sphacelus. Syderatio.

GEnerosus quidam Baro N
N. anno ætatis trigesim
septimo post Gangrenam diu
conflictabatur post nates sin
stras σφακέλῳ occulto, quem La
tini Syderationem uocāt. Ha
apparebat nigra, putris, pess
mè olens, lata, magna, profu
da ac ueluti cadauerosa. Præ
sens ego adhibitus inspect
& m

& medicus medicinam in nomine IESV talem facio pro icto horribili malo.

Emplastrum.

Partes corruptas statim præscido, deinceps aqua calcis totã affectam partem lauo, supra totam postea partem applico Emplastrum Diasulfuris, atq; hoc continuare pergo manè & uesperi repetendo usq; ad curationis finem. Et hoc modo sphacelus ulcerosus indies mũdificabatur, fœtor recedebat, sensus, motus & uita redibat, & ulcus multùm quotidie cõsanescebat.

Purgatorium.

Interea uerò dum iſtis utor Topicis, purgabã Dominũ ſic:

Rec. decocti ſenæ vnc. vnam ſemis.

ſyr. de rhebarb. ſolut. vnc. tres ſemis.

Commiſceantur pro Hauſtu: quo rectè ac multùm expurgatus fuit.

Phlebotomia.

Poſt corporis euacuationẽ extraxi ex uena Mediana dicta ſiniſtri cubiti ad libram corrupti ſanguinis.

Sudoriferũ.

Sudoriferum.

Sexto die à uenę ſectione cœpit meo cõſilio uti Potione ſudorifera ſcobis ligni ſancti, q in Vi-

n Vino decoquebatˉ secũdũ ar
ē. Bibit autē manè ad uncias
ecto, & in lecto bene cōtectus
udauit ꝓ ratione Viriũ habita.

Balneum.

Balneum.

Rec. Tartari pulucrati Ma-
ip. vnum.
Ligni iuniperini ramento-
um lib. duas.
Ex his in aqua q. s. coctis para-
aturˉ Balneum, in quo à meridie
uotidie residebat ad duas uel
es horas. Ante ingressũ autē
alnei, & ante sumptionē su-
oriferi Haustꝰ deposuit à spa-
lo Emplastrum, post Balneũ
t sudationem reposuit aliud
cens.

Diæta.

Victus ratio erat tenuis ac bona.

Potus, uinum cui imponebatur Melissa.

Atq; his omnibus adminiculis rectè, & diligenter administratis magnificus D. Baro ex desperato, squalido, ac horrido morbo intra mensis spatiũ sanus abijt ac euasit. Pro qua curatione meritò Deo Opt. Max. gratias immortales in omni uita agere debet.

Asthma. Orthopnæa. Hydrops. Anasarca.

CVRATIO XI.

Asthmatis, Orthopnææ, Hydropis, Anasarcæ.

Anna

ANna Lindemayrin uidua pauperin Holzen uitam agens mala ista perferebat ætatis anno quinquagesimo secũdo. Vrina eius erat aquea & turbida. Ipsius cura ista erat. *Anna Lindemayrin, Holzen.*

Balneum sudatorium.

Fasciculi ex auenæ stramine decoquebantur in lixiuio forti pro Balneo Laconico: quo utebatur quotidie usq; ad sanitatis recuperationem. *Balneũ sudatorium.*

Diæta.

Erat cibus calefaciens & siccans, coctuq; facilis. Potus, Aqua Decoctionis hyssopi.

Et his paucis in paucis die-

bus ad sanitatem peruenit.

CVRATIO XII.

Oculi doloris cum rubore, nebula, Pterygio, ac uisu diminuto & corrupto.

Oculi dolor, rubor, nebula, pterygium, Visus corruptus, diminutus. Michaël Vvolff. Dilinga.

MIchaël Vvolff, cæmentarius Dilinganus ad me Laugingā ueniēs exposuit quòd calx in oculum sinistrum ceciderit, ex quo mox pati cœpit ingentem dolorem, ruborem maximum, magnam & crassam nebulam, ungulam albam instar pisi. Ac propter ista mala, aiebat, uisum esse planè imminutum & corruptum.

Ego quoque inſpiciens in oculum omnia ſic contemplor manifeſtè, & cùm res uarias altero oculo ſano clauſo ante læſum oculum ipſi opponerem, nihil cernebat. Indicabat præterea interrogatus ſibi multa collyria exhibita eſſe, ſed ſine omni fructu. Audiuiſſe autem, dicebat, mihi Aquam eſſe ophthalmicam admirabilem, qua curem & ſanem omnia Oculorum mala, ipſammet etiam Cæcitatem. Se itaque fretum hac Aqua diuina ueniſſe ad me medicum imploran-
tem

tem auxilium.

Ad profliganda ergò ista mala omnia oculi & ad restituendum uisum suscepi curam eius huncin modum.

Aqua ophthalmica.

Aqua ophthalmica.

Manè, meridie & uesperi cubanti supino imposui in nomine IESV ex aqua nostra ophthalmica tres guttas calidas, ac desuper linteolum duplicatũ eadem intinctũ aqua, idq; ter feci intra horæ quartam partẽ. Hoc ita quotidie facto, quotidie recessere prædicta mala & uisibiliter uisus malus, atq; in spatio tredecim dierum oculus ac uisus integer integrè cũ laude

laude Dei Opt. Max. & cum magna hominum admiratione restitutus est nullis alijs adhibitis remedijs.

CVRATIO XIII.

Epilepsiæ, & Vermium plurimorum.

Epilepsia. Vermes. Martin. Eberle. Lauginga.

MArtini Eberle ciuis Laugingani uiduæ filia nata annos duodecim, cruciata est per dimidium annum Epilepsia grauissima dies noctesq; cum Vermium grauiter puellam infestãtium multitudine. Vbi primùm inuadit morbus, subitò conuulsa concidit, stertit, spumat, circumagitur, tremit; postea interposita dimidia

dia hora ad ſe redit, conſurgit, uomit, quieſcit, dormit. Vrina ipſius apparebat ſpumoſa & turbida. Mater cum puella ad me ueniēs enarrat omnia prædicta, opemq́; & auxilium propter Deum (quòd erat paupercula) petit.

Inuocato itaq; Deo Omnipotente Medico, per me Curatio talis instituta eſt.

Saccharum Heracleinū. Saccharum Heracleinum.

Ex hoc ſaccharo manè ieiuno ſtomacho inſumpſit magnitudinem Nucis muſcatæ tribus ſingulis diebus, & poſt quinque horas accepit cibum.

bum. Isto paruo bolo egessit multoties multa, ac præter excrementa uitiosa uermes etiam ultra centum magnos & paruos. Atque ex isto solo saccharo penitùs & omnino puellula hęc liberata fuit, & à uermibus (quibus totus scatebat uenter) & ab horribili morbo epileptico nunquam postmodum reuerso. Ipsi soli Deo Deorum laus esto in omne æuum. Amen.

Diæta.

Cùm tenui & pauco cibo bibit per mensem etiam sana

facta aquam, cui imposuit salviam.

CVRATIO XIIII.

Oculorum doloris, ardoris, ruboris, nebulæ crassæ & suffusionis.

Oculorum dolor, ardor, rubor, nebula, suffusio.

NObilissimus uir, strenuus, ueteranus, ac triarius Dux militum senex prope nonagerius. Io. Rumpold ab Elrichshausen in Berlzhaim patiebatur in utroq; oculo acerbum & tristem dolorem cum ardore, inflammatione, rubore, crassa nebula & ὑποχύσει, unde uisus diminutus ualdè erat.

Ego

Ego ad consilium & opẽ ferendam accersitus oculorum ista desperata vitia leniui & leuaui mox cum

Aqua nostra ophthalmica.

Aqua ophthalmica.

De qua manè meridie ac uesperi ad tres guttas imponebã in oculos, & desuper quoque apponebam linteola intincta. Decumbebat autem supinus, dum ista administrabantur, aliquantisper. Atque ita oculi indies in extrema etiam senecta consanescebant, uisusq́; restitutus cum Altissimi Dei Opt. Medici laude ac gloria.

Vrinæ stillicidium.

CVRATIO XV.

Vrinæ stillicidij Coëundiq́ impotentiæ.

Coëundi impotentia.

Blatmershofen. GEorgi⁹ Sutor Blatmershofensis annos circiter quadraginta natus ad me uenit cū Vrina, quæ apparebat spumosa & subrubens. Dijudicat[a] urina conquerebatur de Vrin[æ] stillicidio, quod Græci στραγγου-

Stranguria. ρίαν uocant, & quod liberis o[]peram nullam dare posset.

Imploranti itaque & flagi[]tanti auxilium paucis diebu[s] opitulatus fui, ut sequitur.

Purgatorium.

R. Spiritus uitæ aurei vnc.i[] Hoc aluus egessit plurima [&] uaria.

Diureticū.

Diureticum.

Vino sublimato impofu[]

me[]

meo hortatu Gratiam Dei, ex quo manè & ante introitum lecti bibit ad vnc.ij.

Balneum.

Balneum. Vſus fuit porrò per viginti dies Balneo aquæ dulcis, cui Tartari contuſi manipulus incoctus fuit.

Diæta.

Cibi eius erãt calefacientes, humectantes ac boni ſucci.

Vino generoſo, quod bibit, impoſuit Gratiam Dei.

Atque ex his omnibus rectè conualuit, facilè minxit & uxori abſque omni impedimento debitum cõiugale reddidit.

CVRATIO XVI.

Panaricij.

Panariciū. *Paronychia.* *Ottho Heinricus Rulandi.*

OTtho Heinricus filiolus meus ex decē liberis charissimis ultimus & percharus natus annos duos cruciabatur panaricio, quod παρονυχία Græcè nominatur, sæuissimo cū dolore: quem illicò domaui & remoui sic

Oleum sulf.

Balsamum sulfuris
Emolliens,
Maturans,
Rumpens,
Consolidans.

Apostema.

Supra digitulum isto maligno apostemate afflictum applicaui manè ac uesperi oleum no-

noſtrum ſulphuris, quò mox apoſtema emollitum, maturatũ ruptum, cõſolidatumq́; eſt intra octo dies. Deo Deorum, Dominoq́; Dominorum ſoli laus & gloria eſto in ſecula ſeculorum. Amen.

CVRATIO XVII.

Ventriculi inflati, Anorexiæ, Anhelationis, Capitis doloris, difficilisq́ Auditus.

Ventriculi inflatio. *Anorexia.* *Aſthma.* *Auditus difficilis.* *Caſparus Müller.* *Gũdelfinga* *Vrſula Schvveizin.*

D. Caſpari Mülleri Scholæ Gundelfingẽſis præceptoris fidelisſimi, pij ac docti ancilla Vrſula Schvveizin, cùm eſſet annorũ ſex ſupra uiginti prædictas ægritudines habebat nõ ſine uitæ diſcrimine.

Vrina, quam mittebat ad me, erat confusa, & lethalis.

Curaui hanc salubriter hoc modo.

Purgatio.

Rec. pul. senæ laxat. Drach. tres.

Pro duabus uicibus, quas per duos dies manè insumpsit cũ uini vnc. quatuor, ac aluus multum citata fuit.

Phlebotomia.

Post corporis purgationem aperuit cephalicam in utraque manu.

Sternutatorium.

Per tres dies manè Sternu-
tato-

ıtorium noſtrum naribus in-
ɔirabatur. Et iſtorum ſanè uſu
uditus redijt, aliaq́; ſympto-
ıata depulſa ſunt.

CVRATIO XVIII.

*Dentium doloris mœ-
ſtiſsimi.*

Dentium dolor.

ANna N.N. nobiliſs. uirgo af-
fligebatur ſæuiſsimo den-
um cruciatu qui cùm nullis
ederet remedijs, nec Balneis,
ıdatorijs, tandem feci
Sacculum.
Ex Tartari puluerati M. j.
uem calidè dolori applica-
it, ex quo ſtatim omnis dolor
ſolutus, ſolutus, & ſublatus
ıit.

CVRATIO XIX.

In qua agitur de Vuula, Amygdalisq; inflammatis, exulceratis, Faucibus tumefactis, Anhelatione, & Raucedine.

Vuulæ, Amygdalarum inflammatio, exulceratio. Faucium tumor. Raucedo. Asthma. Lucas Feichtner. Lauginga.

LVcas Feichtner bonarum literarum studiosus in celebri & illustri schola Laugingana adolescens annorũ uiginti cõpatiebatur columellæ & Tonsillaruminflammationẽ, exulcerationem, Faucium rumorẽ, ægrè transglutiebat, Respirabat, & Rauca uox erat.

Hæc omnia mala discussi ac remoui hoc solo

Gargarismate.

Gargarismus.

Quod Rec, aquæ plantaginis lib.j.

Mellis

Mellis rosati. vnc. duas.
Miscentor pro Gargarismo, quo calidè fuit usus manè, meridie ac uesperi.

CVRATIO XX.

Secundinæ retentæ post partum.

Secundina retenta.

IOannis Heybl Laugingani ciuis uxor mortiferè ægrotabat ob secundinam à partu diu retentam, hanc illicò liberaui, secundinam solui, & expuli imponẽdo in umbilicum de oleo Heracleino Drachm. duas.

Hãs Heybl. Lauginga.

CVRATIO XXI.

Iterum Secundinæ retentæ à partu.

Secundina retenta.

Matl Beck. Lauginga.

Matl Becké Laugingani quoque ciuis uxor ſimili modo & remedio per nos liberata mox eſt.

CVRATIO XXII.

Aſthmatis.

Aſthma. Dauid Beſſerer.

VEnerabilis uir, Dauid Beſſerer miles & uigil in Chriſti Eccleſia Catholica fortis ac fidelis, circiter ætatis annum ſeptimum ſupra ſeptuageſimũ grauiſsimo premebatur aſthmate ſic mox à me curato.

Purgatorium.

Rec. Spiritus vitæ aurei. vnc. vnam ſemis.

Hoc egeſsit aluus multoties multa, uaria, & maleolẽtia ſtercora, ac ex inſperato cõualuit.

CVRATIO XXIII.

Bubonis.

Bubo.

QVidã Laugingan⁹ natus annos nouẽ ſupra decẽ habebat inguinum permagnã inflãmationẽ, cum dolore propter quã ægrè mouit pedes, nõ potuit ſtare, minimè ambulare.

Huius cura à me ſuſcepta talis erat.

Cataplaſma.

Rec. pinguedinis porci lib.j.
Abſinthij contuſi q.ſ.

Miſceantur ac fiat Pulticula: quam applicabam manè ac ueſperi per tres dies, unde tumor emollitus, ac cum dolore diminutus fuit.

Emplaſtrum.

Poſt

Post tres dies perrumpi Bubonem oleo sulphuris, & desuper apposui Emplastrum Diasulfuris, ex quorum usu intra quatuor dies rectissimè conualuit.

Purgatorium.

Interea dum ambulare cœpit, accepit talem purgationem.

Rec. Decocti senæ vnc. vnam.
Syr. è rheubarbaro solut. vnc. tres.

Miscentor pro Haustu, qui fecit sedes quinque magnas, magnopereq; profuit.

CVRATIO XXIV.

Asthmatis, Tussis, Anorexiæ.

Asthma. Tussis Anorexia.

Istas infirmitates patiebatur prudentissimi uiri, affinis mei cha-

charifsimi Ioannis Rhoten fe- *Hans Rhot.*
natoris Laugingani filiolus u- *Lauginga.*
nius anni, quē moxita fanaui.

Purgatorium.

Rec. fyrupi è fena Drachm. duas.

Vini pauxillum.

Mifcebam pro Hauftulo, quē exhibebam per dimidiam horam ante cibum. Sequenti die accepit iterum, cuius operatio bona fuit, beneq́; profuit.

Diæta.

Cibi erant iufcula dulcorata.

Potus, Aqua faccharata.

CVRATIO XXV. *Hydrops*

Hydropis, Afcitæ, Icteri, Afthmatis, inappetentiæ, doloris Dorfi. *Afcites.* *Icterus.* *Afthma.*

Affli-

Teuſs Kürſner.

Affligebatur iſtis morbis grauiter & mortiferè Teuſs Kürſners Laugingani uxor octo ſupra quinquaginta annos nata, quæ curata fuit à me hoc modo.

Purgatorium, Vomitoriumq́.

Purgatorium.

Vomitoriumq́.

Rec. Spiritus uitæ aurei vnc. vnam ſemis.

Hoc inſumpto euomuit ore circiter duas libras ichorum & phlegmatũ tenaciſsimorũ, aluo etiã ſedes concitauit plurimas aquoſas, fœtidas, ac uarias, & mox ſe, aiebat, rectiùs habere perſentiſcebat.

Laconicum Balneum.

Balneum.

Laconicum.

Euacuatio plurimũ ab aquositatibus corpore Balneũ iussi tale parare.

Rec. pisi (erbeysskraut,)
Fœni, ana M. xxx.

Concoquuntor in s. q. lixiuij fortis pro Balneo Laconico, cuius usu quotidiano quotidie omnino cõualuit cum Dei honore & gratiarum actione.

Diæta.

Cibus interim dabatur bonus, boniq; succi.

Potus, aqua decoctionis hyssopi & radicum urticæ.

CVRATIO XXVI.

Ani procidentiæ.

Ani procidentia.

Leon-

LEonharti Riebbeck Ciuis Laugingani filiolus quatuor annorum deuenerat in exitum Ani instar pugni intumefacti, indurati, nonnihil frigefacti & nigrefacti, quem cùm ad locũ suũ reducere alij non possent, me consulẽte ita repositus est.

Vnguentum.

Anum perunxerunt oleo rosaceo calente.

Balneum.

Balneum.

Post unctionẽ insedit in Balneum aquæ chalybeatæ ferrariorum. Post balneum iterum inunxerũt, & reposuerũt perfacilè ad situm suum, ubi statim & firmiter mansit.

CVRA.

CVRATIO XXVII.

Diarrhœæ, Ventris pro-fluuij.

Diarrhœa, Ventris fluxus.
Iacob. Fuchs.
Lauginga.

Acobus Fux Lauginganus ci-
uis Ventris fluore, quem Grę-
i Διάῤῥοιαν uocant, perdiu labo-
auit, sitimq́; penè insatiabilẽ
assus est, multumq́; consum-
tus. Pro isto curādo ista facio,
uæ sequuntur.

Diæta.

)mnis cibus coquebatur ex
qua chalybeata. Potus erat
c amygdalarum dulcium, pa-
tum ex aqua decoctionis fo-
orum quercinorum.

Cataplasma.

Rec. Furfurum tritici. M. xx.

aquæ ferrariorum q.ſ.

Fiat Pulticula, quæ applicabatur ſupra anum & totũ uentrem inferiorem manè, meridie, ac ueſperi. Atque ex his omnibus ſpatio quatuor dierũ ceſſauit fluxus, ſitis, & reualeſcere optimè cœpit.

CVRATIO XXVIII.

Scabiei & pruritus.

Scabies cũ Pruritu. Hãs Frãck. Lauginga.

IOannis Francken uiduę Lauginganæ filiolus annum agens tertium laborabat Pruriginoſa ſcabie totum corpuſculum fœdante. Eius curatio talis ordinata à me fuit.

Balneum.

Balneum.

Rec. Foliorum quercus.

Piſo-

Piſorum ana, M.v.

Coquantur in aqua, quanta ſufficit ad Balneas. In his reſidebat manè ac à meridie, & mox aſſecutus fuit magnum iuuamentum & ipſam etiam ſanitatem.

Diæta.

Cibi erãnt boni ſucci.

Potus, ſerum lactis.

CVRATIO XXIX.

Cardialgiæ, ſtomachi doloris.

SAmuelis Schleiffers Laugingani uxor prægnans uehemẽti Stomachi dolore affligebatur: quam mox adiuui, ut ſequitur.

Cardialgia. Stomachi dolor. Samuel Schleiffer. Lauginga.

Vomitorium.

Vomitoriũ

Rec. Vini. vnc. quatuor.

aquæ fontanæ. vnc. duas.
Croci metallorum q. pisi.

Facta simul ebullitione colaturam bibit, & post horã multa, multosq; mordentes succos euomuit, ac confestim bellè ualere cœpit.

CVRATIO XXX.

Ictericiæ absq; febre.

Icterus. *Io. Baptista Lisman. Laugingæ.*

IOannes Baptista Lisman optimarum artium studiosus in celebri schola Laugingana ætatis suæ anno decimo sexto totus pallebat sine febre, & absque alio morbo, oculi erant crocei, crocea facies, croceum totũ corpus, crocea etiã urina.

Hunc ab hac ægritudine citò uin-

uindicaui ſic.

Diæta.

Cibi dabãtur humectantes & modicè refrigerantes. Pro potu concedebam cereuiſiam, & abſinthiacum uinum.

Purgatorium.

Et purgabatur ita:

Rec. decocti ſenæ. vnc. vnam.

Syr. de rheubarbaro ſolut. vnc. duas ſemis.

Miſcentor pro Hauſtu: quem ſequenti die repetiuit, ac quauis uice permulta bilioſa excreuit, atq; omnis icterus ſpatio ſeptem dierum receſsit, urinaque naturalis facta eſt.

Ex oculis quoq; ictericia re-

mota est aqua rosarum qua oculos manè, meridiè & uesperi lauabat.

CVRATIO XXXI.

Pestilentiæ.

Pestis.
Anna Beringerin.
Lauginga.

ANna Beringerina uidua Laugingana attingẽs annum septuagesimũ peste sęua & mortifera fuit afflicta. Vrina eius apparebat turbida & grauiter olens. Hanc, iuuante Deo inuocato à nobis, mox liberaui ad hunc modum.

Phlebotomia.

Primùm omnium uenæ Medianæ dictæ in sinistro cucito sectionem institui.

Antidotum.
Alexipharmacum.

Rec.

Rec. vini.
aquæ fontanæ ana. vnc. tres.
croci metallorum q. pisi.
Ebulliant simul aliquátisper uidelicet per octauam horæ partem, postea colatum bibit, in lecto sudauit multum, multa biliosa, pituitosa, acuaria euomuit, illicò melius habuit, indiesq; conualuit.

Diæta.

Cibus dabatur tenuis, iuscula ex carnibus, pisis, &c. Potus, aqua cum saccharo rosaceo.

CVRATIO XXXII. *Pestis.*

Rursus Pestilentiæ *Ieremias Baur.*

IEremias Baur institor apud Lauginganos, cùm habe- *Lauginga.*

ret annos circiter triginta peste mortifera correptus est, sed mox per me hac uia liber euasit.

Purgatorium, Sudatoriū, Vomitoriumq́.

Purgatorium.
Vomitoriumq́.

Rec. aquæ carduibenedicti, vnc. sex.

Radicum Asari pulueratarū, Drachm. vnam.

Miscentor pro Haustu, quo calidè epoto in lecto multum desudauit, uomuit & cacauit, ac inopinàter subitò cōualuit.

Diæta.

Cibi erant iuscula è carnibus, pisis, hordeo, &c. Potus, uinū absinthiacum dilutum.

CVRA-

CVRATIO XXXIII.

Iterum peſtis cum linguæ ardore, Aſthmate ac Tuſſi.

HÆc mortifera mala Laugingæ occupabant Iacobum Münch tormentarium habentem annos triginta ſex. Pro quo ſanando talem Curam inſtitui.

Peſtis. linguæ ardor. Aſthma. Tuſsis. Lauginga. Iacob Münch.

Diæta.

Cibi, erant iuſcula.

Potus, Decoctum hordei ſaccharatum.

Venæ ſectio.

Ex uena mediana ſiniſtri cubiti copioſè ſanguinem meo extraxit iuſſu.

Vomitorium.

Vomitoriũ, Purgatoriumq́.

Purgatoriumq́.

Rec. aquæ carduibenedicti vnc. ſex.

radicum Aſari pul. Drach. vnam.

Cõmiſcebantur pro Hauſtu calidè inſumpto, quo multum in lecto & ſudauit & uomuit, ſtatimq́; melius ſenſit.

Gargariſma.

Gargariſma.

Pro linguę ardore pellendo gargariſabat Decocto raparum tepente, idq́; faciebat quoties areſcebat lingua.

Linctus.

Poſt Gargariſmũ crebrò lambebat Lambitiuum hoc, quod

Rec. ſyr. de liquiritia.

de

de hiſſopo.
acetoſæ ſ. ana. vnc. vnam.
oxymel. ſquillitici. Drach. ſex. Miſceantur.
Atq; ſic per Dei gratiam ſanus euaſit ac incolumis.

CVRATIO XXXIV.

Hydopis Anaſarcæ, Aſtmatis, inappetentiæ, ſitis. Dyſuriæ.

Hydrops Anaſarca. Dyſuria, &c.

ISTis malis contorquebatur grauiſsimè Ioannes Gerſter chartari9 in Schrazē pago prope Dilingam ſito degēs, uir annorum quinquaginta. Vrina eius erat ſpumoſa, & aquea. Hic à me curatus feliciter eſt ita.

Hans Gerſter. Schrezen.

Diæ.

Diæta.

Potus, abſinthites erat.

Cibi, boni ſucci, & calefacientes.

Purgatorium.

Rec. decocti ſenæ. vnc. quatuor.

Diaturbith cum rheubarbaro in ſolida drachm. ſeptem.

Commiſcebãtur pro Hauſtu, quo plurimùm euacuatus, melius habuit, urinaque naturalis facta.

Balneum.

Balneum.

Sudatorium.

Laconicũ.

Laconicum.

Curam porrò abſoluimus hoc

hoc Balneo.

Rec. Menthæ. M v.

Chamomælini. M. iiij.

Florum fœni. M. x.

Straminis Auenæ fasciculos q. s.

Concoquebatur simul in lixiuio forti, quanto erat opus ad parandum Laconicum: cuius usu intra paucos dies omnino sanitatem recuperauit.

CVRATIO XXXV.

Asthmatis suffocantis.

AB hoc lethifero morbo per me liberata mox fuit honesti uiri Bartholomæi Hopp Prętoris Vvidlisingensis uxor circa ætatis annum quinqua-

Asthma. Bartholomæus Hopp. Vvidlisinga.

qua-

quagesimum.

Purgatorium, Vomitoriumq́.

Purgatorium, Vomitoriumq́.

Rec. spiritus uitę Aurei. vnc. duas.

Hoc insumpto ore & aluo permulta excreuit phlegmatica & uaria, rectissimeq́; statim habuit.

Venæ sectio.

Postea meo monitu communem ueram pertudit, & multum sanguinem emisit, multumq́; iuuit.

CVRATIO XXXVI.

Vermes.

Vermium, uentrisq́; doloris.

ANna Maria N.N. annum nata unum uentris tormina cum uermibus patiebatur. Sed sana-

sanabatur mox unico isto remedio.

Oleum Heracleinum.

Manè & uesperi labra illinebam oleo Heracleino, idemq; imponebam in umbilicum. Quo in diei unius spatio uermes necati & exturbati sunt, dolorq; cessauit.

CVRATIO XXXVII.

Ranunculi sub lingua nati.

Ioannes Beurl sartor & senator Dilinganus habebat sub lingua tumorem qui ob ranæ figuram Ranunculus, βάτραχος uocatur Græcè. Hunc incidi scalpello curaui, è quo multa effluxit sanies alba & tenax. *Ranunculus sub lingua. Hās Beurl. Dilinga.*

Vulnus

Vulnus postea & ulcus mundificaui oleo Heracleino: quo in septem diebus fuit consolidatum.

CVRATIO XXXVIII.

Vlceris insanabilis.

Vlcus. NObilis adolescens Hieronymus Kolb in Halsburg & Vvysē, pręfect⁹ in Felburg, &c. dū olim in illustri nostra Schola Laugingana operā bonis nauabat literis, cōuictor meus erat, ac ostendebat alteram mihi tibiam multis annis insanabili ulcere affectam, quæ nullis remedijs ad sanitatem unquā peruenire potuit. Ego uerò deploratum hoc ulcus ita curare *Lauginga.*

cœpi

cœpi fœlicissimè.

Mistura.

Rec. Aquæ plantaginis.
olei nostri Heracleini ana
vnc. tres.

Commiscentor pro Mistura, qua ulcus abluebam manè ac vesperi, & per se sinebã siccari, sicq; crustas induxi ulceri ac in paucis diebus ad integerrimam sanitatem reduxi.

CVRATIO XXXIX.

Fistulæ. *Fistula.*

ZEphorinus Vvalch studiosus Lauginganus ætatis anno decimo octauo in pectore sinistro habebat fistulam ex qua effluebat multũ aquosum pus. *Laugingæ.*

Hæc à me curata sic fuit.

Oleum Heracleinum.

Manè & uesperi, postquam exiuit omne pus, inieci per syringam oleum Heracleinū, ac postea foramini fistulæ turundam maiorem imposui, ut maneret aperta. Atq; tali processu quotidie penit⁹ cōsanuit.

CVRATIO. XL.

Vstio. Hans Becken. Vndestotzinga.

Vstionis, Arsuræ.

IOannis Becken in oppidulo Vnderstotzinga habitātis dom⁹ exusta est, in quo incēdio eius tota facies, caput, manusq; adustæ, intumefactę, exulceratę erāt cū uesiculis, bullis & uehemen-

hementi dolore. Ipſius cura e=
rat talis & perfacilis.

Oleum ſulfuris.

Manè & ueſperi curabã inũgi *Oleum ſulfuris.*
aduſtas & affectas partes oleo
noſtro ſulfuris: quo ſolo in ſe-
ptẽ diebus ſanus redditus fuit.

CVRATIO XLI.

Strumæ, ſcrofulæ. *Struma.*

ÆDituus Lauginganus infan *Scrofula.*
tem habebat decem dies à *Lauginga.*
partu in cuius collo enata erat
ſtruma, ob quam difficillimè &
cum ſonitu reſpirabat, ac ſuf-
focatio timebatur. Curabatur
uerò mox.

Oleo ſulfuris. *Oleum ſulfuris.*

Quod manè & ueſperi linteo
e 2 indu-

inductum applicabatur, hocq; facto omnis tumor in quinq; diebus euanuit ac infans facilè respirauit, & bene ualuit.

CVRATIO XLII.

Excrescentiæ carneæ.

Excrescẽtia carnis. Conraht Roth.

COnradi Rothẽ ciuis & Mercatoris Laugingani filiolo unius anni excreuerat in capite caruncula magnitudine nucis iuglandis. Cura eius hæc erat.

Oleum sulfuris.

Oleum sulfuris.

Linteolum triplicatum oleo sulfuris imbutum imponebatur carunculę manè ac uesperi, quo emollita, maturata, rupta, & persanata fuit in septẽ dieb.

CVRA-

CVRATIO XLIII.

Vulnerum. *Vulnera.*

IOannes Mayr iunior ciuis & caupo Lauginganus digitum osse tenus uulnerauit. Sed in quatuor diebus curatus est optimè *Hans Mayr.* *Oleum sulf.*

Oleo sulfuris.

Quod gossipio exceptum admouebatur manè & uesperi.

CVRATIO XLIV.

Apoplexiæ, Attoniti morbi. *Apoplexia.* *Attonitus morbus.*

CAsparus Mayr Lignarius in ciuitate Lauginga annos habens quinquaginta, apoplexia graui correptus est: à qua *Caspar Mayr.* *Lauginga.*

ipſum per Dei gratiam liberaui eiuſmodi præſidijs.

Sternutatorium.

Aduocatus ad ipſum ſternutatorij pulueris noſtri q. trium piſorum calamo excepti in nares inſufflabam, quo ualdè ſternutabat.

Oleum Heracleinum.

Poſt ſternutamẽtum dabã de oleo Heracleino ad dimidium cochleare (ein halb leffele uoll) paulatim deglutiendũ. Inde (en Dei miraculũ) mox ad ſe redijt, loqui cœpit & aſtantes agnouit. Interrogatus de morbo, quo fuerat correpꝰ, reſpõdit: ſe neſcire quomodo fuerit affectus,

affectus, nihilq́; sensisse, ut qui priuatus fuerit omni sensu ac motu: postquã autẽ nunc ad se rediјt recordari ante istũ morbũ se capitis dolorẽ pectorisq́; angustiã perpessum fuisse. Iam autem uires per Dei misericordiam recolligi, & quasi sanum sibi uideri. Et sanè sanitatẽ indies integrã recuperauit præter omnium opinionem. Soli Deo omnipotẽti Medico laus esto semper.

CVRATIO XLV.

Oculorum doloris, cum ingenti rubore, tumore & lachrymis, uisusq́ diminutione. *Oculorum uitia.*

BArtholomæus Belz textor Laugingan⁹ annorũ 33. que

rebatur de uehementi oculorū dolore cum maximo rubore, tumore, &c.

Aqua ophthal.

Aqua ophthalmica.

Hic intra quinque dies sanitatem obtinuit lauando oculos aqua nostra ophthalmica manè & uesperi.

CVRATIO XLVI.

Vlcus inguinum.

Vlceris inguinum.

VEstalis uirgo Anna N. in celebri monasterio Oppidi N. N. uitam monasticam agens perdiu occultum & sordidum ulcus habebat in pudēdis, propter cuius fœditatem moniales sorores ægerrimè cum ipsa conuersabantur; tandē re-

uela-

uelauit obſcœnum iſtud malũ Prioriſſæ (ut uocant) deinceps mihi, & narrabat conſolidari aliquandò ulcus, ſed tempore menſtruationis aperiri, ac mẽſtrua purulenta effluere abominabili cũ fœtore & dolore. Requirenti à me huic auxiliũ dabam fideliſſ. hoc.

Oleum ſulfuris. *Oleũ ſulf.*

Meo monitu perungebat ulcus manè & ueſperi oleo noſtro ſulf. eoq́; imbuta linimenta imponebat: his ita factis in quatuordecim diebus perſanatum eſt, neq; amplius reuertentibus menſibus apertum fuit.

CVRATIO XLVII.

Ani exitus, ficiq; dolorifici.

Ani exitus, Ficiq; dolorifici. Michl Luchs.

MIchaël Luchs Vvysanus annos circiter quadraginta natus patiebatur diu Ani procidentiam & mariscam ualdè dolentem.

Huic cito medicatus ita sum.

Balneum.

Balneum.

Balneabat, me sic iubẽte, manè & uesperi in aqua candente chalybe restincta, & ante ingressũ Balnei imponebat anũ.

Ol. sulf.

Oleum sulfuris.

Post Balneum perungebat ficum sulfuris nostro Balsamo. Atq; sic spatio octo dierũ aluus reposit⁹ sẽper mãsit in seda sua, ficus-

ficusq; ex toto submotus est.

CVRATIO XLVIII.

Carnis excrescentiæ in manu obortæ.

MOnacha N.N. patiebatur in carpo manus magnam carnis excrescentiam, ob quã manũ & digitos sine graui dolore mouere non poterat. Ista isto modo mox à me curabatur. *Caro excrescens in manu.*

Suffitus.

Rec. florum chamomælini
Saluiæ.
Granorum Iuniperi ana M.v.
Cõcoquebãt hęc in s.q. vini in olla bene coopta, postea super olla suffiebat manꝰ, & ex suffitu manus diu multumq; desudabat, idq; manè & uesperi faciebat.

Vnguen-

Vnguentum.

Post sudationẽ supra prunas inungebat manum oleo sulfuris. Atq; his ita expeditis intra quinq; dies tumor euanuit, manum digitosq́ue citra doloris sensum mouit, & scribere facilè potuit.

Ol. sulf.

CVRATIO XLIX.

De Capillorum defluuio.

Capillorum defluuium.

QVidam studiosus in Gymnasio Laugingano fœdabatur capillorum decidentia, caputq́ue multis in locis depilatũ erat. Huic à me petenti remedium quo capilli renasci possent, subuenio ad hunc modũ.

Vnguentum.

Manè

Manè & uesperi loca depilata meo monitu perunxit oleo sulfuris, quo indies capilli regenerati sunt, ac breuissimo tẽpore ab ista capitis fœditate liberatus est. Ol. sulf.

CVRATIO L.

Faciei leprosæ.

IO. Müller Lauginganus quoque studiosus faciem habebat ueluti leprosam: qua inuncta manè & uesperi *Facies leprosa.* *Lauginga.*

Oleo sulfuris. *Ol. sulf.*

Mundatus est in octo diebus.

CVRATIO LI.

Manuum scabiei & scabritiæ.

LI. Comes N.N. Manus habebat scabiosas & scabrosas, *Manuũ scabies & Scabricis.*

quas

quas me hortante uesperi perunxit

Ol. sulf. Oleo sulfuris,

Quo in paucis diebus factæ sunt sanæ & pulchrę quę antea nullis remedijs curari poterãt.

CVRATIO LII.

Manus uulneratæ.

Vulnerata manus.

NObilis N.N. Manũ pungendo uulnerauerat grauiter adeò ut intumuerit, ualdeq; doluerit. Hunc chirurgi sanare non poterant, ego autẽ deploratum mox sanum reddo apponendo manè & uesperi.

Ol. sulf. Oleum sulfuris,

Quo tumor recesſit, dolor remisit & uulnus sanatum est.

CVRATIO LIII.

Tuberculorum ex morbo Gallico contractorum

Tubercula.

IOannes Kartemacher pictor Lauginganus patiebatur multa Tubercula, φύματα Grecè nominata, in fronte: quæ illito manè ac uesperi oleo sulfuris tollebantur intra paucos dies.

Hans Karstenmacher. Lauginga.

CVRATIO LIV.

Rursum tuberculorum gallicorum.

Tubercula Gallica.

SChaffhauser Scriniarius in ciuitate Lauginga tubercula quoq; magnitudine iuglandis nucis habebat in fronte: quæ perungebat manè ac uesperi in calido loco.

Schaffhauser. Lauginga.

Ol. sulf. Oleo sulphuris.

Atq; postea lintea calida applicabat supra frontem & phymata. Et hac uia citissimè omnia depulsa sunt.

CVRATIO LV.

Auditus deperditi, surditatis.

Auditus deperditus. Surditas.

SEbaldus Schvvarzvvanger uir ex senatorio ordine apud Lauginganos natus septuaginta sex annos, sensu auditus ita spoliatus fuerat, ut longo tempore in senatu assidens nihil eorum, quæ proponebantur, audiret. Hic à nobis per Dei gratiam ita curatus fuit.

Sternutatorium.

Sin-

Singulis 3. diebus manè utebatur Sternutatorio nostro.

Oleum sulfuris. *Ol. sulf.*

Manè item ac uesperi mundificatis prius auribus imposuit tres guttulas ex oleo sulfuris. Atque sic in quindecim diebus auditus (laus Deo) optimè fuit restitutus. Eundem in modũ surdastri alij multi sunt à nobis, laus Deo, curati.

CVRATIO LVI.

Ceruicis psorosæ & pruriginosæ. *Ceruicis Psora pruriginosa.*

PIus & doctus studiosus in Schola Palatina apud Lauginganos ætatis anno uigesimo secũdo ceruicem habebat cõtaminatam ualdè psora, fœ-

da ſcabie & prurigine.

Oleum ſulf. Hæc Oleo ſulfuris

Manè ac ueſperi peruncta, & poſtea linteis calidis contecta intra octo dies perſanata eſt.

CVRATIO LVII.

Pro omnibus Gallicana Scabie infectis expertiſsima.

Gallica Scabies.

PVſtulas & ulcera Gallicana inungi curamus manè ac ueſperi Oleo ſulfuris.

Ol. ſulf.

Quo ſolo diuino remedio indies omnes fiunt ſani.

CVRATIO LVIII.

Pro omnibus hominibus affectis cæcitate Oculorum dolore, rubore inflammatione, ſuffuſione, alijsq; malis omnibus extrinſecus cauſatis, experta.

Oculorum omnia mala. Cæcitas.

ISta mala omnia in omni ætate, omniq; ſexu indubitanter tollit.

Aqua noſtra ophthalmica.

Experimenta & exempla in curationibus paſsim deſcripta id comprobant.

Aqua ophthal.

CVRATIO LIX.

Aſthmatis, orthopnœæ.

Aſthma. orthopnœa. *Io. Boius. Bercken.*

IO. Boius Eccleſiaſtes in Berckē annos nouem ſupra quadraginta natus patiebatur iſta mala non ſine uitæ diſcrimine. Sed mox, Deo annuente, ipſi auxilio fui ſic.

Purgatorium.

Rec. Trochiſcorum alhandaal pulueratorum ſcrupulum vnum.

Vini vnc. quinque.

Fiat infuſio per noctem, manè colaturam bibit, & aluo deiecit plurima, oreque reddidit permulta uana, & tenacia, ac præter expectationem omnẽ ſtatim (laus ſoli Deo) cœpit bene, recteq; ualere.

Diæta.

Cibi erant iuſcula,

Potus, uinum cui imponebat hyſſopum.

CVRATIO LX.

Cordis palpitationis.

Cordis palpitatio.

In Di-

IN Dilinga oppido & Academia Theodori Maieri ſtudioſi anno ætatis uigeſimo primo cor diu palpitabat: qui à nobis adiutus ita fuit ſtatim. *Dilinga.*

Purgatorium.

Rec. Decocti ſenæ vnc.j.
Syrupi è ſena vnc.iij.
Commiſcentor pro Hauſtu, quo ſepties deiecit.

Venæ ſectio.

A' corporis purgatione uenã cordis, medianam uulgò dictã aperuit. Atq; tremor omnis remiſit illicò.

CVRATIO. LXI.

Oculorum Ruboris, Doloris, Telarum, Lacl ry narum, & Cæcitatis. *Oculorum uitia.*

 Cæcitas.

Anna Frelichin. Lauginga. ISta grauia mala Anna Frelichin Laugingana, mulier ætatis annorum quadraginta perdiu perpeſſa eſt, & ubi ophthalmici alij tentatis multis eam iuuare nil poterãt, meam implorauit curam, quæ fuit eiuſmodi.

Purgatorium.

Rec. pilularum ſine quibus, ſcrup.ij.
Aurearum. ſcrup.j.
Trochiſc. alhãdaal grana iij.
Cum aqua fœniculi fiebant pilulæ ſeptem per horam à cœna deuoratæ: quibus aluus plurima uariaq; egeſsit.

Sudoriferũ. *Sudoriferum.*

Poſt

Poſt corporis purgationẽ uſa fuit per decem dies Decocto ligni ſancti, de quo in Centuria prima.

Collyrium.

Poſt ſudorem impoſuit & appoſuit ſupra oculos

Aquã noſtrã ophthalmicam. *Aqua ophthal.*

Diæta.

Cibi erant pauci ac boni.

Potus, Decoctum ligni ſecũdarium.

Atq; his ita adminiſtratis per Dei clementiã libera euaſit ab his omnibus malis, inq; decẽ dierum ſpatio uiſus integerrimè reſtitutus eſt, laus ſoli Omnipotenti Archiatro cœleſti.

CVRATIO LXII.

Oculi ruboris & doloris.

Oculi rubor, dolorq́;.

QVidam alius perferebat lõgo tempore in sinistro Oculo dolorem cum rubore.

Phlebotomia.

Cũ ista oculi uitia nullis medicamentis leuari poterant, hortatu meo cephalicam uenã in sinistra manu aperuit.

Collyrium.

Præterea manè, meridiè ac uesperi oculum lauit

Aqua ophthal.

Aqua nostra ophthalmica.

Atque per ista præsidia in triduo optimè ualuit ab oculo.

CVRATIO LXIII.

Suffusionis oculi, & uisus amissi, cæcitatis.

Oculi suffusio, cæcitas.

Vene

Venerabilis uiri Ioannis Ro- *Io. Rorarius.*
rarij paſtoris Eccleſiæ Lu-
zingẽſis catholicæ filiolus an- *Luzinga.*
num agens ſextum in oculorũ
altero contraxerat ex uariolis
ſuffuſionẽ, quæ Græcis ὑπόχυμα,
Arabibus, Apua, Latinobarba-
ris Cataracta nominatur, pro-
pter quam nihil cernebat, ſed
uiſiuam facultatem in eo ocu-
lo omnino amiſerat. Verùm
uiſum, Deo adiuuante, breui
tempore hoc modo recepit.

Collyrium.

Inuocato Deo manè & ueſpe
ri tres guttas calidas
ex Aqua ophthalmica *Aqua ophthal.*
Impoſuit in oculũ, & aliquã-

tisper supinus iacuit, atq; sic solùm breui uisum integrè recuperauit. Ipsi soli Deo Deorum, Domino Dominorum laus esto per infinita secula seculorum. Amen.

CVRATIO LXIIII.

Oculorum Doloris, Inflammationis, Ruboris, Tumorisq;.

Oculorum tumor & mala alia.
Stoffl Gold schmid.
Lauginga.

STofl Goldschmid ciuis laugingani uxor cõquerebatur grauia ista mala, quæ nullis adhibitis medicinis leniri poterant, ego per Dei auxiliũ auxiliatus ipsi statim sum, lauando oculos manè, meridie ac uesperi tepente

Aqua ophthal.

Aqua ophthalmica nostrô.

CVRA-

CVRATIO LXV.

Oculorum inflammationis, Rubo-ris, Lippitudinis.

REuerendus pater, D. Georgius Abbas Vrſpergenſis liberatus eſt ab his Oculorum ægritudinibus in biduo applicando prædictum in modum Aquam ophthalmicam.

Oculorũ inflammatio, lippitudo, &c. D. Georgius Abbas Vrſpergenſis.

Aqua ophthal.

CVRATIO LXVI.

Oculorum doloris cum rubore, Viſus diminutione, Palpebrarumq́; Tumore.

IN uidua Vvalburga Hännemännin habitãte in Aychebrũna emendatæ, ſedatæ ac ſanatæ ſunt in paucis diebus iſtæ oculorũ infirmitates præſcripto modo adhibita.

Oculorum, palpebrarũ tumor, &c.

Vvaldburga Hennemännin.

Aychebrunna.

Aqua

Aqua ophthal.

Aqua ophthalmica nostra.

CVRATIO LXVII.

Oculi albuminis, leucomatisúe.

Albuminis seu Leucomatis oculos infestantis.

HOc uitium simili sanaui modo citissimè in Illustri Barone N.N. per

Aqua ophthal.

Aquam ophthalmicam.

CVRATIO LXVIII.

Oculorum Fistula.

Oculorum Fistulæ.

MArgaretha Beurin uidua in Rhüt mox ex ista Fistula cōualescebat per lotionem & applicationem

Aqua ophthal.

Aquæ ophthalmicæ.

CVRA-

CVRATIO LXIX.

Oculorum unguis.

Oculorum unguis.

IOannes Hafner Nũnensis liberatus citò fuit ab isto oculorum malo, quod Græcis πτερύγιον, Barbaris ungula uocatur, per usum prædictum Aquæ ophthalmicæ.

Aqua ophthal.

CVRATIO. LXX.

Sugillationis oculorum.

Suggillatio oculorum.

REuerẽdus D. Canonicus N. N. passus est sugillationem, quam Græci ὑπώπιον, uel ὑπόσφαγμα, Barbari oculi maculam nominant: quæ intra perpaucos dies remota est consimili usu Aquæ ophthalmicæ.

Aqua ophthal.

CVRA-

CVRATIO LXXI.

Argematis oculum. affligentis.

Oculi argema.

HOc malum, quo erat affectus Mihaël Brūner Eysbrūnensis, citò abstulit etiam

Aqua ophthal.

Aqua ophthalmica.

CVRATIO LXXII.

Phlyctænarum, Oculos uexantium

Phlyctænæ oculorum.

PAulus Mayr studiosus peregrè ad me adueniens diu uexabatur Pustulis Oculorum, quas Græci φλυκταίνας, uulgus igneum syluestrem appellat, sanum hunc quoque reddidi usu eiusdem

Aqua ophthal.

Aquæ ophthalmicæ.

CVRA-

CVRATIO LXXIII.

Scabiei cum pruritu, capitis dolore & Anorexia.

Scabies.
Pruritus.
Hochstätt.

Consulis in Hochstadiana urbe prudentissimi filius annũ [a]gens decimum laborabat sca[b]ie pruriginosa totum corpus [f]œdante, aderat simul capitis [d]olor & inappetentia.

Pro recuperanda ipsius uale[t]udine plures medici consulti [f]uerant, sed ubi nullũ ex ipso[r]um curis assecutus fuisset iu[u]amentum, ad me adductus [e]st. Quem etiam mox huncin modum iuui.

Purgatorium.

Rec.

Rec. fol. ſenæ mundatæ Drachm. duas.
Rheubarbari el. Drachm. dimidiam.
Paſſularum. vnc. mediam.
vini libram j.
Macerentur ſimul, fiatq́; Infuſio pro quatuor uicib9 & Hauſtulis, quos manè & per horam ante cœnã frigidè inſumebat, ijsq́; perfacilè, bene ac ſalubriter expurgatus eſt.

Balneum.

Balneum.

Expurgato corpuſculo lauabatur quotidie in aqua decoctionis Foliorum quercus & piſorum.
Et Balneum hoc ſingulis diebus

bus renouabatur, quò ad omnino omnis ſcabies depulſa eſt ac pruritus ſublatus, id quod in paucis diebus conſecuti ſumus cum benedictione & laude Dei Opt. Max.

CVRATIO LXXIV.

Secundinæ poſt Partum retentæ.

Secundina retenta.

MArcelli Ruffi Villingani uxor poſt fœtus editionem diutius in utero non ſine periculo uitæ ſecundina relinquebatur.

Hæc mulier meo monitu
Ex oleo iuniperi ligni
Triginta guttas ſumpſit: poſt quarum ſumptionem mox ſecundæ prodiêre ſalubriter.

CVRATIO LXXV.

Vlceris depascentis carnem, Ossisq́ exinde facti cariosi, nigri, syderati & deperditi.

Vlcus. Sphacelismus.

LVcas Mezger Neyffensis iuuenis sex supra uiginti annos natus passus est in brachio Vlcus admodum sordidum & malignũ, quod me inspectore præsente omnẽ carnẽ depauerat relicto osse carioso, nigro, corrupto ac syderato.

Hunc per chirurgum à me instructum ita curaui. Os manè & uesperi radimus radula tonsoria donec nigrum & aridum os albescebat & humescebat, hoc facto os rasum, leniter perungimus, turundamq́; parùm

rùm inunctam

Oleo ſulfuris. *Ol. ſulf.*

in Vlceris ſinus indimus: poſtea ulcus totum claudimus

Emplaſtro Diaſulfuris. *Empl. diaſulf.*

Et hoc ſanè proceſſu quotidiano quotidie caro recens repullulaſcebat, iterũq; cauitas ulceris carne replebat, ac ulcus deploratum ad integrã breui tempore ſanitatem tetendit. Soli Archiatro Cœleſti laus eſto in ſempiternum. Amen.

CVRATIO LXXVI.

Oculorum ruboris.

Oculorum rubor.

V. I. Doctor quidã excellentiſsimus amicus meus ſingularis mihi alijsq; de Oculo-

rum ingenti rubore absque dolore querebatur.

Hic mox, post alia frustrà experta remedia, sanitatem obtinuit per

Aqua ophthal. Aquam nostrã ophthalmicã.

Qua manè & post introitum lecti oculos lauabat, ac breui admodum rectissimè habebat.

CVRATIO LXXVII.

Linguæ paralisios.

Paralysis linguæ. Vrban Braun. Lauginga. VRbani Braun in Kaishaimẽsis Monasterij celeberrimi domo apud Lauginganos præfecti uxor secunda linguę subitò paralysi correpta fuit, & me præsente obmutuit, loqui non potuit, sed quæ uolebat creta anno-

annotabat. Inter annotata capitis dolor, quē patiebatᷣ, erat notatus: Mēs alioquin ſana & integra. Vrina eius, quam oſtēdebat turbida apparebat & ſubaquea.

Pro hoc ergò amouēdo morbo talem fecimus medicinam ac curationem.

Sternutatorium.

Statim ab initio ſternutatorium noſtrum inſpirauimus

Oleum Heracleinum.

Singulis horis ter lauabam totam linguam oleo Heracleino, cuius uſu eiecit multa ſputa.

Cataplaſma.

Supra capitis uerticem apposui Fermentum carabe pulueraта conſperſum

Aqua cinnamomi.

Rec. aquæ cinnamomi vnc. quinque.

Olei uitrioli gùttas quot ſufficiunt, ut reddatur acidula.

Ex hac Aqua dedi ſæpius cochleare, hoc eſt, ad vnc. dimidiam lentè deglutiendam. His ritè omnibus adminiſtratis in unius diei ſpatio loqui cœpit & quidem articulatè, ac è lecto ſurgens ambulauit, ſeque ſanam factam affirmauit.

CVRA-

CVRATIO LXXVIII.

Melancholicarum Tentationum.

Melācholicæ Tentationes.

IO. Regij Medlingensis Ecclesiastæ filia annorum nouem sustinebat grauissimas Tentationes, erat meticulosa, mœsta, territa, nonnihilq́; uisu terribilis, dū orabat horror, tremor, sudor & anxietates affligebãt adeo ut sæpenumero preces intermittere cogeretur. Melan chol. erat istud malum, quod, ut dicitur, Balneum est Diaboli, qui tales excitauerat Tentationes & symptomata.

Ego uerò cùm puella pietatis studiosa contra fidelium hostem ita militaui inuocato no-

mine IESV.

Antidiabolicum remedium.

Quoties Diabolus ſuggerebat mala, monui ut ſemper ſæpiusq; repeteret ſanctiſs. nomen IESVS, quod erat ipſi cõtra hoſtem fortiſsima turris & gladius, quo fuit fortiter profligatus.

Purgatorium.

Præterea corpus melancholicum ita purgaui.

Rec. ſyrupi roſati ſolut. mõt. vnc. duas.

Aquæ bugloſſæ. vnc. vnam.

Commiſcentor pro quatuor uicibus & hauſtulis, quos manè per quatuor dies continuos inſu-

nſumebat, multaq́; bilioſa & atra excernebat.

Diæta.

Potus erat Aqua bugloſſæ ſaccharata.

Et his quidem paucis paucos intra dies IESVS fortiſſ. liberam ac ſanam reddidit filiã parentibus. Ipſi ſoli IESV Diabolomaſtigi laus eſto per omne æuum. Amen.

CVRATIO LXXIX.

Phthiriaſios, Pedicularis morbi.

Miles quidam præſidiarius Viennæ ad me ibi peregrinantem accedens deplorabat & conquerebatur de pediculis totum corpus laniantibus & fœ-

fœdantibus. Malum hoc Græci φθειρίασιν, Latini, morbum pedicularem nominant.

Ego misertus ipsius suasi, ut corpus uniuersum perfricaret

Oleo Heracleino,

Idq́; ter admoueo in die manè scilicet, meridie & uesperi. Quo remedio pediculi omnes enecti sunt in paucis diebus, ipseq́; ab isto tristi, flebili & atrocissimo morbo liber, sanusque à me discessit.

CVRATIO LXXX.

Vulnerum.

Vulnera.

Valentinus Rulandi.

VAlentinus filius meus chariss. annum agēs undecimū funus cum alijs Scholasticis

Lau-

Laugingę deduxit, & inter eũ-
lum fortè fortuna incidit in la
idem, ac ex eo caſu uulnus in
capite cruẽtum & altum acce-
it. Quod per me in quatriduo
glutinabatur illinendo

Oleum ſulfuris. *Oleum ſulfuris.*

Et poſtea imponendo uul-
neri

Emplaſtrum Diaſulfuris. *Empl. Diaſulf.*

Et certè his duobꝰ remedijs ſa-
nant̃ certò omnia uulnera etiã
periculoſa & immedicabilia.

CVRATIO LXXXI.

Polypi Narium. *Polypus Narium.*

Hãs Kartenmacher ciuis Lau-
ginganus habebat in naribꝰ *Hans Kartenmacher.*
carunculæ excreſcentiam, quæ *Lauginga.*
foras

foras usq; pendebat, naresque implebat ac exulcerabat. Vitiũ hoc Grecè πολίπυς, & ὑπερσαρκῶμα, Latinè quoq; Polypus appellatur.

Curabatur hoc meo suasu, in paucis diebus

Aqua Mercuriali:

Quæ manè & uesperi illinebatur.

CVRATIO LXXXII.

Herniæ, Ramicis.

Hernia. *Ramex.* *Lauginga.*

HIeronymus Kirschner ciuis quoque Lauginganus Herniam aquosam, ὑδροκήλην uocãt Græci, patiebatur, quam citissimè remoui

Ol. sulf. Oleo sulfuris.

Quo

Quo totum ramicem perungebat manè ac uesperi, & applicabat sacculum ex calentibus cineribus factum.

CVRATIO LXXXIII.

Coxæ dolorum, Ischiadis, Sciaticæ.

Coxæ dolor, Ischias. Sciatica. Io. Haug. Dilinga.

IOannes Haug studiosus in Academia Dilingana circa ætatis annum uicesimum tertium in Ischiadicum dolorem uehementissimum incurrebat, & cruciatus non solùm in coxa persistebat, sed usque etiam in femur, suram, pedemq; extremum pertingebat adeò ut corpus sine intensissimo dolore haud mouere potuerit.

Pro

Pro leuando isto mœstissimo morbo aduocatus ego ipsius eiusmodi habui curam. Per singulas horas dolores, maximè uerò affectam coxam inunximus hoc unguento.

Vnguentum anodynum.

Vnguentum anodynum.

Rec. Pinguedinum Taxi.
Vulpis ana vnc. tres.
Olei masticini vnc. duas.
Olei spicæ vnc. semis.
Aceti drach. ij.
Dissoluta ad ignem bene cõmiscentor.

Post inunctiones calidissimos applicaui

Sacculos

Ex

Ex granis iuniperi contusis confectos.

His ita peractis dolor intra paucas horas remittere, corpusque mouere cæpit, ac sequenti Balneo insedit.

Balneum. *Balneum Anodynum.*

Rec. chamomælini M.x.
Granorum iuniperi M. viij.
Salis. M.iij.

Hæc coquebantur in aqua, quanta satis est ad balneum, in quo ante & post meridiem residebat & post biduum sanatus expeditè ambulauit, optimeq; ualuit.

CVRA.

CVRATIO LXXXIV.

Scirrhosus Tumor.

Scirrhosi Tumoris.

NObilissima matrona N.N. in sinistro latere supra costas longo tempore opprimebatur, scirrho instar capitis humani, magno, duro, dolorisque experto. Pro hoc auferendo tumore chirurgi multi multa machinati sunt, sed frustrà. Ego tãdem accersitus, affirmo & confirmo edoctus longa experientia Tumorem hunc nõ totius nec aliter posse tolli nisi per medicamenta emolliẽtia, maturantia, suppuratoria & glutinantia. Hæc autem, dicebam, præstare omnia

Oleum

Oleum ſulfuris & *Oleum*
Emplaſtrum Diaſulfuris. *ſulfuris.*
Chirurgi audito meo propo- *Empl.*
ſito acquieſcunt, acquieſcit & *diaſulf.*
conſentit læto animo etiam matrona: quæ antea triſtis & anxia ualdè erat, quia chirurgi ſectionem ac inciſionem urgebāt. Selegi itaq; rogatu matronæ unum magis idoneum ex chirurgis, cui demandaui totā curam, quæ talis fuit. Iuſsi ut quotidie abſente me bis manè uidelicet ac ueſperi totū ſcirrhoſum tumorem perungeret

Oleo ſulfuris.

Et poſtea ſuperimponat

Emplaſtrum Diaſulfuris.

Vbi sic indies processit, en mirum, Tumor pauxillatim emollitus, maturatus, suppuratus, ruptus & in ulcus est uersus, ex quo puris uarij permagna quãtitas effluxit. Turundam deinde meo monitu oleo sulfuris perlita imposuit ulceri, qua paulatim conglutinatum & ex toto præter omnium spem ac expectationem sublatus, sanatusque fuit Scirrhosus iste tumor immanis & aspectu horribilis.

CVRATIO LXXXV.

Spasmus. Conuulsio. Neruorum distentio & Dolor.

Spasmi, Conuulsionis, Neruorum Distentionis & Doloris.

Nobi-

NObilis Polonus N.N. in Academia Dilingana agens patiebatur ætatis anno trigesimo Neruorum Distentionem, Græcè σπασμὸν, Latinè conuulsionem, & distentionẽ nominatam, quæ solùm multùm molestabat brachium, manum, manusq; digitos. Ad hũc uocatus consilium à me de isto propulsando malo petijt. Ego, quia cætera sanus uidebatur & affirmabat, dolores saltem hos longos spasmaticos in uiginti diebus submoui per sequens Balneum & unguentum. *Dilingæ.*

Balneum. *Balneum Anodynum.*

Rec. Maluæ
Liliorum
Narcisſi. ana. vnc. ſex.
Fol. ſaluiæ. Manip. tres.
Abſinthij
Origani ana Manip. duos.
Flor. chamomæl.
Meliloti.
Stœchados ana manip. duos ſemis.
Semi. lini.
Fœnugræci, ana lib. j.

Decoquantur in ſ. q. aquæ pro Balneo, cui inſidebat ante & poſt meridiem.

Vnguentum.

Poſt Balneum perungebatur ceruix, ſpina dorſi & locus to-

tus ſpaſmo affectus hoc unguento.

quod Rec. olei uiolacei vnc. tres.

Liliorum. vnc duas.

Amygdal. dul.

Maſticini.

Roſacei. ana. vnc. vnam.

Cõmiſcentor pro Vnguento.

Atq; his duobus ſaltẽ remedijs ſanitatẽ adeptus eſt, nullis alijs tentatis.

CVRATIO LXXXVI.

Spermatis, ſeminiſue amiſsi.

Sperma. Semenq́ perditum.

CVm eſſem vocatus in Vngariam illuſtris quidam D. N. N. natus annos quadraginta conquerebatur mihi mœſto a-

nimo de ſpermate amiſſo. Na dicebat ſe in coëundo nullum poſſe emittere ſemen Pro longiſsimè ergo pellendo iſto triſtiſsimo malo ego paro ſequẽs conditum, quod ſumpſit purgato prius corpore ſic.

Purgatoriũ.

Purgatorium.

Pantocachymagogum.

Pantocachymagogum.

Rec. Spiritus uitæ aurei vnc. duas.

Hoc uniuerſum corpus ita perpurgatum, ut nihil remanſerit impuratum.

Conditum.

Rec. Diaſatyrionis vnc. duas.

Diagalangæ drachm. duas.

Specie-

Specierum Diambræ
Diamoſchu. ana ſcrupul. duos.
Ramenti pudendi ceruini ridi, drachm. ſemis.
Nucum pinearum.
Piſtaceorum.
Amygdal. dul. mundatarum ana vnc. ſemis.
carnis ſcinci drach. duas.
ſeminis Erucæ
Vrticæ
Naſturtij, ana ſcrupul. vnum.
Pectuſculi capi cocti vnc. tres.

Contereuda conterantur, & melle optimo fiat conditum.

Cuius etiam mentionem facit præſtantiſs. Medicus Amatus Luſitanus in 9. centuria.

Ex hoc condito capiebat prędictus ill. Dominus ad Drach. iij. mane & ante cœnam, ac ſuperbibit uinum maluaticum.

Diæta.

Cibus adminiſtrabatur calefaciens & mediocriter humectans, qui facilè concoquitur, ac bonum generat ſanguinem. ut ſunt oua recẽtia, carnes gallinarum, caponum, pullorum, perdicum, Aues ſylueſtres, maximè paſſeres, &c. piſces mollis carnis, ſpinachia, &c. Potui dabatur uinũ albũ generoſum.

His omnibus quotidie assumptis Generosus Dominus mox semẽ resuscitari & augeri indies sensit, ac factus est miles fortis in aphrodisio polemo.

CVRATIO LXXXVII.

Strumæ, scrofulæ.

PAulus Brumer pius & doctus adolescẽs, filius perdocti ac reuerendi uiri d. M. Adami pastoris Ecclesiæ Catholicę in Frickenhusen fidelissimi, cùm ageret in celebri schola Laugingana annũ circiter uigesimum quærebatur aliquot se annos torqueri in Collo struma magna subinde crescẽ- *Struma. Paulus Brumer.*

te, quam comitabatur difficultas ſpirandi deglutiendique.

Curandi eius rationem inſtitui à Lunæ oppoſitione uſque ad Coniunctionem, à Coniũctione uerò ad oppoſitionem intermiſi. Quia in rectè curandis ſtrumis hæc tempora creſcentis uidelicet Lunæ & decreſcentis ſunt obſeruãda Medico. Curatus autem à me ſic fuit.

Per ſingulos dies bis, manè nempè & ueſperi perungi curabam totam ſtrumam calente

Ol. ſulf. Oleo ſulfuris.

Poſtea calida lintea circumplica-

plicabam.

Purgatorium.

Præter hæc ſingulis 4. diebus exhibui manè

Spiritus uitæ aurei vnc. vnam.

Quo multùm expurgatus fuit à phlegmaticis humoribus.

Diæta.

Interea dum iſta durabat curatio in Aëre uerſabatur calido & ſicco.

Cibus, calefaciens & ſiccans erat.

Potus, uinum.

Atque his paucis ſubſidijs tumor indies decreſcebat, & in quadraginta diebus totus euanuit

euanuit ac amplius non recru-
duit. Id quod etiam in multi[s]
alijs fœliciter & ueraciter su-
mus experti. Ipsi Altissimo so-
li sanctiss. Omnipotentique
Medico laus, honor & gloria
esto ex hoc, nunc & in sempi-
terna secula. Amen.

CVRATIO LXXXVIII.

Tetani.

Tetanus. Bartholomæus Hopp. Vvidlissinga.

BArtholomæi Hoppen præfe-
cti Vvidlissingésis uxor, mu-
lier honestissima ætatis anno
quinquagesimo ualdè crucia-
batur Neruorum rigore, quem
τέτανον Græci nominãt, Latini-
que Tetanum uocitant, quo i-
psa caput cum ceruice non po-
terat

erat flectere, ſed rectà inten-
um manebat ac fortiter dole-
bat dies noctesque.

Hanc petentem à me adiu-
mentum adiuui ſtatim hoc
modo.

Vnctio.

Singularis horis inungi opti-
mè curaui ceruicem oleo ſe-
minis Lini.

Fotus.

Poſt unctionem lintea tripli-
cata in Vinũ decoctionis cha-
momæl. intincta & expreſſa
applicari iuſsi.

Ex quibus dolor mox remi-
ſit, dormire cœpit, collum fle-
ctere

ctere potuit, & intra diem cõualuit.

CVRATIO LXXXIX.

Vrinæ ſuppreſſæ, Iſchuriæ.

Vrina ſuppreſſa. Iſchuria. Felle Dúch ſcherer. Lauginga.

FElle Duchſcherer ciuis Lauginganus cùm annum quinquageſimum ſecundũ ageret, patiebatur dies nocteſq; magnos cruciat⁹ in Iſchuria. Hũc liberum & ſanũ reddo in paucis horis ſic.

Oleum ligni Heracleini.

Ante omnia in Vmbilicũ impoſui olei ligni Heracleini drachm. j.

Balneum.

Poſtea inſidebat in Balneum aquæ dulcis.

Pur-

Purgatorium.

Rec. aquæ gratiæ Dei vnc.
ptem.
Extracti Pithyusæ drachm.
nam.
Miscentor,& colãtor. Colaurã bibit in Balneo ac post ho
am copiose minxit citra om-
e impedimentum , & intra
iẽ optimè laus Deo,cõualuit.

Diæta.

Potus per biduum erat Decoctum radicum urticæ.

CVRATIO XC.

Iterum urinæ retentionis, ac Ischuriæ.

NObilissim9 adolescẽs à Kaldẽthal,&c.cũ ętatis anno de imo nono bonis literis operam *Vrinæ retentio. Ischuria.* Kaldenthal.

ram & ſtudium nauaret in Academia Dilingana, urina toto biduo prorſus fuit cohibita adeò ut pubes tota intumuerit ualdè ac doluerit.

Dilinga.

Huic illicò ſubueni ſequentibus medicinis.

Clyſter.

Adueniens ad ipſum, ipſi paro tale Eclegma.

Rec. Brodij piſorum vnc. quinque.

Olei oliuarum vnc. tres.

Extracti pithyuſæ drach. vnam.

Salis ſcrupul. duos.

Mixta hæc ab inferiore parte dabam. Quibus ſtatim & aluus & ueſi-

Vide pag: 129.

curam exhibui, uariaque ore & aluo excreuit, ac statim conualuit.

Diæta.

Cibi erant calefacientes & humectantes, boniq; succi.

Potus uinũ, cui imposui rosmarinum contusum.

Atque ex tantis malis liberata citissimè fuit.

CVRATIO XCII.

Contractionis Neruorum, Genuq;.

Comtractio Neruorum. Genu contractum. Hans Züll. Stainhaim.

HAns Züll agricola Stainhaymensis annos natus quatuor supra quinquaginta patiebatur sub altero genuum Neruorum retorsionem,

nem, contractionem, dolorem, & genu percusso claudicabat, pedemq; extendere non poterat. Contraxerat ista mala ex equi calcitratu. Is à me breui curatus ita fuit.

Balneum.

Parabatur à me Balneum.

Rec. flor. chamomillæ
Saluiæ
Granorum iuniperi ana M.x.

Decoquebantur in s. q. aquę pro Balneo, in quo insidebat manè & uesperi.

Vnguētum Anodynum.

Vnguentum.

Post Balneũ perungebat fortiter sub genu affectum poplitem

Vide p. 233.

& uesica exonerata copiosè fuit, eodemq; die conualuit.

Diæta.

Potui dabatur per 3. dies Vinum, cui incoctæ erant radices urticæ.

CVRATIO. XCI.

Matricis, Vteriúe suffocationis, & symptomatum.

VXor honesti uiri Matthæi Vvanneri Generosorum & Illustrium D. Comitum Fuggerorum præfecti in Vverda oppido habitantis ex uteri suffocatione incurrebat in crebros uomitus, animi deliquia, spirãdi difficultatem, & dolores. Præsens præsentis curam *Matricis Vteriúe suffocatio. Matthæus Vvanner.*

huiusmodi habui.

Suffitus.

Ex accenso bitumine Iudaico excitabam suffimen, quo matrix mox suum in locũ depulsa est, & symptomata sedata.

Fomentum siccum.

Rec. Melissæ.

Pulegij ana manip. quinq;.

In sacculo calefacto admouebantur uentri inferiori ac utero.

Purgatorium

ὑστερικόν.

Rec. radicum Bryoniæ incisarum vnc. semis.

Vini albi vnc. quinque.

Vbi simul efferbuerunt, colaturam

Vide ātehāc p. 131.

no cum inflãmatione & magno dolore.

In isto statim dolor lenitus, morbusq́; curatus est in tribus horis per

Aquam nostram

Applicatam, ut suprà & modò dictum est. *Aqua Podagrica.*

CVRATIO XCV.

Febris quotidianæ. *Febris Quotidiana.*

HAc febre correptus fuit Ludouicus Rabus illustriss. & Pientiss. Principis Phil. Lud. Palatini, &c. alumnus pius & eruditus, cùm haberet annos uiginti, sed liberatus ab ea mox itafuit. *Ludouicus Rabus.*

Sudoriferum. *Sudoriferũ.*

Vomitoriumq́.

Vomitoriumq́.

Rec. Radicum Asari pulueratarum drachm. semis.

Aquæ destillaticiæ cardui benedicti vnc. sex.

Miscentor pro Haustu: quem manè calidè ebibit & in lecto bene coopertus diu sudauit, multumque uomuit, ac statim eum febris reliquit & nunquã redijt.

Phlebotomia.

Tertio die post hanc euacuationem secuit me uolente hepaticam uenam in dextro cubito, & sanguinis circiter quatuor vncias emisit.

Diæta.

Cibus

Vide p. 137.

em isto unguento.

Quod Rec. pinguedinis Taxi.

uulpis ana vnc. tres.

Olei masticini vnc. duas.

Olei spicæ vnc. unam.

Aceti drachm. tres.

Commiscebantur ad ignem bene pro unguento, cuius usu in decem diebus genu, & totũ pedem extendere, stare & inambulare potuit.

CVRATIO XCIII.
Chiragræ.

QVum ante annum in Austriã & Vngariam uocatus fui ad deploratos aliquot ægrotos, inuisi illustrem quandã Baro- *Chiragra.* *Austria.* *Vngaria.*

nisſam, quæ in chiragram inciderat. Nam manus in carpo, digitorũ articuli & lacerti inflati erant & grauiter dolebāt. Hanc mox ita curaui.

Aqua Podagrica.

Aquam noſtram podagricam: quam mecum paratam habebam, linteis exceptam, eo modo, quem ſępius indicaui, calidè applicabã ac in paucis horis nobiliſs. matronam liberã ſanamq; faciebam.

CVRATIO XCIV.

Podagræ.

Podagra.

INcidi eadem in urbe in militē præſidiarium, quē anno quinquageſimo ætatis ſuę podagra inuaſerat in pedis digito maxi

mo

Vide supra, p. 135.

rum fluere permisi. Post quam euacuationē dolores omniaq; confestim remitti cœperūt, & sequēti die urina naturalis facta, ac puer indies ad sanitatem peruenit.

CVRATIO XCVII.

Febris Tertianæ.

Febris Tertiana.

ZAcharias Erich alumnus Palatinus in inclyto Collegio & schola Laugingana annum agēs decimum nonum, lapsus est in Febrem tertianam, à qua citissmè liberatus fuit ita, ut sequitur.

Zacharias Erich.

Lauginga.

Sudoriferum, Vomitoriumq́.

Sudoriferū, Vomitoriumq́.

Rec. Aquæ carduibenedicti vnc.quinque.

Radicum Asari pulueratarum drachm.semis.

Commisceantur pro haustu: quo in lecto manè calidè epoto multùm sudavit, multumque uomuit, & febris ex toto recessit.

Diæta.

Potus fuit Cereuisia bona & clara.

Cibus paucus & facilis coctu.

Pestilentia cũ Bubone, & Linguæ ardore. Hoferle. Lauginga.

CVRATIO XCVIII.

Pestilentiæ cum Bubone, linguæ ardore, &c.sympt.

HOferlin ciuis Lauginganæ filia unum supra triginta annos

nos

Vide p. 141.

Cibus erat εὔπεπτος, facilisque concoctu.

Potus. *Decoctum.*

Quod Rec. Hordei vnc. tres.

Fragariæ Manip. j.

Rosarum, Violarũ } ana Pugill. vnum.

Liquiritiæ rasæ drachm. tres.

Ficuum numero iij.

Passularum vnc. duas.

Sacchari candi vnc. duas.

Decoquantur in aquæ fontanæ lib. XVI. ad consumptionem lib. ij. pro decocto.

CVRATIO. XCVI.

Pleuritidis duplicis. *Pleuritidis duplex.*

Vl. Huzel. VLrici Huzelen cereuiſiarij Laugingani filius annorum duodecim, ſæua, lethali, ac duplici pleuritide cruciabatur. Nam in utroque latere ſuſtinebat dolorem punctorium ſæuum valdè ac flebilem. Vrina quam mihi exhibebat, rubens, & turbida erat.

Hic à me curatus fuit hoc modo.

Diæta.

Erat cibus facilis digeſtionis. Potus, decoctum præcedens.

Phlebotomiæ.

Ex utriuſq; cubiti Baſilica uena ſanguinem demere iuſsi, & ex una pondere duarũ unicarum

Vide supra p. 139.

CVRATIO XCIX.

Oculi, visusq; deperditi.

Oculus, uisusq; deperditus.

BVrg Reyslin Altenminsterẽsis filius anno uigesimo primo ætatis suæ pupilla oculi sinistri ex culmi punctu læsa nihil penitus uidit.

Aqua ophthal.

Sed citò ac inopinanter recepit uisum, Deo nuente,

Aqua ophthalmica.

De qua manè, meridie & vesperi in oculum affectum imposuit in nomine IESV tres guttas calidè. Hoc cùm aliquot diebus continuasset, integrum sanumque uisum per Dei Opt. Max. nutum & gratiã obtinuit.

CVRA-

CVRATIO C.

Dysuria. Stranguria. Ischuria. Calculorũ Renum & uesicæ. Christe Riedhauser. Medlinga.

Dysuriæ, Stranguriæ, Ischuriæ, Calculorumq́; Renum & Vesicæ.

CHriste Riedhauser Medlingensis Monasterij ianitor ætatis suæ sexaginta quinq; annorum annos multos istas passiones passus fuit. Vrina apparebat modò rubens, modò lactea & spumosa, modò purulenta & cruenta.

Purgatorium, Diureticumq́.

Rec. Spiritus uitæ Aurei vnc. duas.

Hoc plurimũ commota fuêre & stercora & urina.

Balneum.

Vteba-

vide pag. 145.

nos nata peſte correpta erat
cum maximo Bubone, Linguę
nflammatione, & grauibus
ſymptomatibus urina mihi o-
ſtenſa erat rubens, turbida &
ſpumoſa.

Curatio eius ſalutifera erat
talis.

Phlebotomia.

Secuit, meo iuſſu, uenam he-
paticam in cubito & latere, u-
bi abſceſſus manifeſtabatur.

Sudoriferum,
Vomitoriumq́.

Sudoriferū,
Vomitori-
umq́.

Rec. aquæ carduibenedicti
vnc. ſex.

Pul. rad. Aſari drachm. v-
nam.

Mixtis

Mixtis his fiebat Haustus, quo calidè ebibito in lecto ualdè sudauit, ualdeque uomuit, & rectiùs habuit.

Emplastrum.

Abscessui singulis horis, meo iussu, applicauit butyrum linteis exceptum, quo paulatim remotus fuit.

Gargarisma.

Gargarisma.

Linguæ siccitatem & inflammationẽ amouit gargarismate ex Posca. Post Gargarismum, quia pauper erat, deglutiuit succum raparũ, quibus & linguæ & morbo ipsi pestilentiali profuit felicissimè atque citissimè.

CVRA-

Vide supra p. 148.

Vtebatur porrò quotidie Balneo aquæ decoctionis granorum & ligni iuniperi incisi.

Diurolithicum.

Manè capiebat ex saccharo Heracleino magnitudinem dimidiæ nucis iuglandis.

Diæta.

Cibi, erant iuscula. Nam pauper erat & indigus. Potus. Aqua decoctionis radicum urticæ. Aliquando Vinum bibit, cui imposuit radices urticæ. Atque his adminiculis simul adhibitis urina indies multum promota est, ac lapilli rubentes, albi, pallidiq; multi magnitudine pisi & auellanæ eiecti

sunt, & urina facilis ac naturalis est reddita, & æger, auxiliāte Deo, breui tempore euasit liber.

Deo Patri sit gloria,
Eiusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paracleto,
Et nunc & in perpetuum.
Amen.

GRA-

GRATIARVM ACTIO ET PRECAtio Rulandina pro ægrotis.

RATIAS ago tibi misericordissime DEVS & PATER Domini nostri IESV Christi, quòd ꝑ tua paterna misericordia & in prępotẽte Manu tua ægrotos meos sanos facis. Da ipsis gratiã, ut grato animo & memoria agnoscant tua beneficia, quæ ipsis per me indignum seruulum præstas, & post receptam sanitatẽ gratias agant semper tibi, resipiscant, amplius non peccent,

ſed piè iuxta mandata iuuant.
Rogo quoque Te, Clementiſ-
ſime PATER, ut & alijs ægrotis
meis miſerearis, peccata re-
mittas, errores condones, ad
Fidem tuam conuertas, ueram
pœnitentiam concedas. Et
Iob. 5. quia Tu uulneras & mederis.
1. Reg. 2. Tu percutis & ſanas. Tu mor-
Saq. 16. tificas & uiuificas. Tu deducis
ad inferos & reducis. Tu deni-
que uitæ poteſtatem habes &
mortis: ſana obſecro, *Potentiſ-*
ſime Medice, eos quoque pro
tua paterna uoluntate, indul-
gentia, bonitate & miſericor-
dia per tua & abs te benedicta
medicamenta: & ſalua eos in
tua

tua uirtute & in ſanctiſsimo nomine IESV Dilectiſsimi FILII tui Optimi Medici animarum & corporũ languentium, ut glorioſiſsimum tuum *Nomen* per me omnibus diebus uitæ meæ ſanctificetur, laudetur & glorificetur. Exaudi Domine PATER benigniſsime uocem deprecationis meæ iuxta promiſsionem chariſsimi FILII tui dicentis: *Amen Amen dico vobis, ſi quid petieritis* PATREM *in nomine meo, dabit vobis.* Da ergo, quæſo ueraciſsime PATER, Omnipotens Deus, quod ægrotorum nomine abs te peto, da in- *Ioan.16.*

quã in Nomine IESV Dilectissimi FILII tui, qui tecũ in unitate *S. Spiritus* uiuit & regnat *Deus omnipotens* per omnia secula. Amen. Tibi ô PATER misericordissime, Tibi ô IESV Christe amãtissime, Tibi ô *sancte Paraclete Spiritus* desideratissime, Tibi inquã ô sanctissima *Trinitas* esto Benedictio, & Claritas, & Sapiẽtia & Gratiarum actio, Honor & Virtus, & Fortitudo in secula seculorum, Amen.

Apocal. 7.

FINIS
Centuriæ octauæ.

CENTVRIAE octauæ INDEX

Alphabeticus locuples continens morbos, ſymptomata, ægrotorum nomina, ætates, loca & medicamenta iuxta numerum curationum.

A

C

D

E

io.

Ocu-

Secun-

Vlrich

FINIS.

BASILEAE,
Per Sebastianum Henricpetri.
Anno. CIↃ. IↃ. CX.

CVRATIONVM EMPIRICARVM ET HISTORICArum in certis Locis, & notis Hominibus optimè riteq; probatarum & expertarum,

CENTVRIA NONA.

AVTORE

MARTINO RVLANDO

Frisingense, Illustrissimorum Comitum Palatin. Rheni, & Ducum, Bauariæ

MEDICO.

Cum INDICE

Morbos, symptomata, ægrotorum nomina, loca & medicamenta, iuxta numerum curationum, continente.

BASILEÆ.

REVERENDO, DOCTRIna præſtanti Patri ac DOMINO DN. GEORGIO STRIGELIO Abbati celeberrimi Monaſterij B. Mariæ Virginis ad Scotos Viennæ, & Prouincialium Auſtriæ infra Onaſum Ordinario prudentiſs. Mecœnati liberali & benigno,

Hanc

CENTVRIAM NONAM

MARTINVS RVLANDVS
Medicus Palat. & Lauginganus
ὁμοχώριος τῷ ὁμοχωρίῳ τῷ
φιλτάτῳ κυρίῳ

DONAT, CONSECRATQ.

CVRATIONVM EMPIRICARVM ET HISTORICArum in certis Locis, & Hominibus notis probatarum.

CENTVRIA NONA.

CVRATIO I.

Oculi doloris, ruboris, telæ, nebulæ, cæcitatis instantis, Frontisq́ Doloris.

Oculorum Dolor, Rubòr, Tela, Nebulæ, Cæcitas, Frontis Dolor.


Ro uiro quadragenario instituta

Purgatio.

Primò caput, totúque

que corpus κακόχυμον euacuabatur ſic.

Rec. Decocti ſenæ vnc.iiij.
Diaphoniconos drach. vj.
Diacatholic.drach.j.

Commiſcebantur pro Hauſtu bene operato.

Emplaſtrum.

Emplaſtrũ ad Dolorem calidum.

Secundò Dolorem, qui occupabat mediam frontem & oculi ſiniſtri circumferentiam, remouimus Emplaſtro ſequẽti, quod manè & ueſperi applicabat.

Rec. Albuminum ouorum.
Fermenti ana q.ſ.

Commiſcebantur & loco dolenti applicabãtur, quibus dolor

lor mitigabatur, calor extinguebatur, & humiditas consumebatur.

Ophthalmicum oleum.

Oleum contra Oculorum mala & cæcitatem.

Tertió, post purgationem altero & sequenti die in oculum affectũ imposuimus tres guttas olei nostri, Linelæi chymici: oleo autem infuso interim per horæ quadrantem supinus iacebat. Atque hoc oleum mala prædicta sustulit, cæcitatem dimouit & uisum restituit.

CVRATIO II.

Doloris manuum pedumq́.

Dolor manuũ pedũq́.

pro Paupere quodam annos XX. nato.

Anodynum.

Anodynum Empl.

Rec. Consolidæ maioris, Schvvarzvvurz. q. s.

Contundatur recens, & Emplastri modo apponebatur manè ac uesperi: Quo statim lenitus est dolor.

CVRATIO III.

Morbi planè desperati.

Morbus desperatus.

PRo Muliere quadraginta annorum,

Purgatoriũ holagogũ.

Purgatorium Holagogum.

Rec. Aquæ benedictæ vnc. j.

Hac epota mox præter aliorum medicorum omniũ, quibus usa fuit, spem, fuit rectè sanata.

Febris Planetica, Capitis, Frontisúe Dolor.

CVRATIO IV.

Febris Planeticæ, Capitisq; doloris.

Pro

PRo alia muliere ſexaginaria periculoſè decumbente.

Purgatio.

Rec.ſyr.roſ.ſolut. Mōt.vnc.j.
Elect.de ſucco roſar. drach. 4.
Decocti carduibened. } vnc.
Scolopendr. } ij.
M.fiat Potus : ex quo manè inſumpto, purgata & curata eſt rectè, feliciterque.

Epithema.

Fronti interim applicabam Epithema,
quod Rec. aquarũ roſarũ rub.
burſæ paſtor.
ſolatri.
ſemperuiui. ana vnc. iij.
Cōmiſcentor, ut fiat Epithe-

ma frontale, quo calor & dolor recesſit quoque.

Diæta.

Cibi dabantur facilis Digeſtionis.

Potus, Decoctum hordei uulgare.

CVRATIO V.

Tumoris Ventris, Tuſsis.

Tumor Vẽtris, Tuſsis.

PRo Puello trium annorum

Purgatorium.

Rec. Diaturbith cum rhebarbaro in ſol.f.ſcrup.ij.

aquæ mulſæ vnc.j.s.

M. fiat hauſtulus, quẽ per biduum manè ſumpſit, & rectè, multumq; purgatus fuit, liberque ab his malis mox euaſit.

Diæta.

Diæta.

Cibus erat εὔπεπτος;
Potus, aqua ſaccharata.

CVRATIO VI.

Pleuritidis & ſymptomatum. *Pleuritis.*

PRo Pauli Mülleri Gundelfingenſis ciuis uxore quinquagenaria. *Paulus Müller. Gundelfinga.*

Purgatorium.

Rec. ſyr. roſati ſolut. Montani vnc. j. s.
Agarici trochiſc. drach. j.
Decocti pectoralis vnc. ij.
M. pro Potu, quo rectè euacuata, recteq; curata citò fuit.

Diæta.

Cibi erant humectantes.
Potus Decoctum ſaccharatum

tum hordei.

CVRATIO VII.

Alui constipatæ, Doloris uentris, uentriculi, & Capitis.

Aluus cõstipata. Dolor uentris, uentriculi, Capitis.

PRo quodam Leproso annos octo supra quadraginta nato.

Purgatio.
Pilulæ.

Rec. M. pilul. de fumaria scrup. j.
Aromat. scrup. semis.
Cortic. helleb. nigri grana tria.
Cum syrupo rosat. sol. Mont. fiant Pilulæ paruæ: quæ copiosè ualde euacuarunt, ac postridie

die optimè habere cœpit.

Diæta.

Cibus fuit humectans & calefaciens.

Potus, Absinthites.

CVRATIO VIII.

Doloris intensissimi Ventris, & Matricis.

Dolor Ventris, Matricis.

PRo muliere XXXIX. annorũ, quæ ob vehementem & assiduum dolorem erigi non potuit, sed incuruata decubuit.

Anodynum Purgatorium.

Anodynum Purgatoriũ.

Rec. sacchari olei ligni Paradisi drachm. j.

A`cuius eſu confeſtim eſt fa-
cta ſana.

Diæta.

Cibus εὔπεπτος fuit, cui inco-
ctus erat roſmarinus.

Potus, uinum cui impoſui
meo iuſſu, meliſſam.

CVRATIO IX.

Inappetẽtia. Capitis dolor. Sitis. Pedum Tumor. Simon Vvalch. Gienga. Sudoriferũ.

Inappetentiæ, Capitis doloris, Sitis, Pedumq́ Tumoris.

HIs malis affligebatur Simo-
nis Vvalch ciuis Giengen-
ſis filius circa ætatis annũ xiij.
Sed ſanatus eſt intra paucos
dies ſic.

Sudoriferum.

Rec. flor. centaur. min. M. j.
Radic. Aſari vnc. ij.

Infun-

Infundebantur in ſ. q. aquæ
er uiginti quatuor horas, po-
ea ad lentum ignem deco-
uebantur fermè ad dimidias.
Ex hoc Decocto quotidie ſu-
auit in lecto bibendo manè
na uice vnc.iiij.calidè.

Lixiuium. Lixiuium.

Pellecto ſudore caput lauaba-
ur Lixiuio, in quo ebulliebãt
Pulegium, Mentha, floresque
Chamomillæ.

Diæta.

Cibaria erant τὰ εὔπεπτα.
Potus, decoctum hordei ſac-
charatum.

CVRA-

CVRATIO X.

Matricis motus, doloris, Vomitus, Torminum Ventris.

Matricis motus, dolor, Vomitus, Tormina Ventris.

PRo muliere uidua quadra ginta annorum, quæ ſtatim me per Dei gratiam, ſanata e ad hunc modum.

Diæta.

Cibis incoquebatur Meliſſ Vino, quod bibebat, impoſu Meliſſam.

Fomentum.

Ventri & umbilico impoſui Meliſſam in aceto decoctam.

Atque his paucis ſubitò & Matrix, & Vomitus, reliquaq ſymptomata cõquiêuere cun

De

Dei Opt. Max. Medici laude, & gratiarum actione.

CVRATIO XI.

Doloris mœstißimi Stomachi, Cordis & Capitis, cum Asthmate.

Dolor Stomachi, Cordis, Capitis. Asthma.

DOlorem hunc tristem patiebatur Faber quidam ferrarius circa ætatis annum quinquagesimum tertium, & originem habebat ab humore melancholico & uiscida pituita uentriculi orificium infestante. Sed mox curatus à me sic fuit.

Purgatorium, Vomitoriumq́.

Purgatoriũ, Vomitoriumq́.

Rec. Aquæ bened. vnc. j.

Hausta

Hausta hac aqua reddidit ore & aluo aterrimos & uiscidos humores: ac in unius diei spatio conualescebat optimè.

Diæta.

Potui dabatur uinum absinthiacum.

Cibi boni succi.

CVRATIO XII.

Tumoris Pedum.

Tumor Pedum.

PRo Muliere sexaginaria

Emplastrum.

Rec. stercoris uaccini. q. sufficit.

Aceti q. s.

Coquebantur simul ad pultis consistentiam. Hæc cùm aliquoties tumentibus pedibus appli-

pplicata fuit, tumor breui
dmodum omnis absumptus
st.

CVRATIO XIII.

Colicæ, cum uomitu & alijs sæuis symptomatibus.

Colica. *Vomitus.*

VEnerabilis quidam Pastor torquebatur dies noctesq; continuo & acerbo cruciatu, ac uomitu crebro uaria reijciebat. Ego accersitus ad hunc mox per Dei gratiam sanũ red do ad hunc modum.

Fotus.
Sacculus.

Primò, Rutas contundebam cum aceto ac simul coctas imponebam in duobus sacculis,

quorum unum calidè admodū applicabam frequenter uentri toti dolenti, alterum ad anum. Et ex hoc sanè fomento spatio unius horæ frenatus fuit dolor cum symptomatis, non sine stupefactione astantium amicorum.

Suffitus.

Nares interea atque os suffumigabam suffitu ex accenso asphalto.

Diæta.

Vino præterea, quod bibebat tepidiusculè imposui absinthium & cyminum.

CVRATIO XIV.

Pleuritis. Phrenesis. Sputū sang.

Pleuritidis, Phrenesios, Sputi sanguinis, &c.

Nobi-

NObilis quidam annorum uiginti ſeptem in mortis a-one exiſtens ſanus ex his æ-ritudinibus factus à nobis eſt c.

Purgatorium,
Vomitorium,
Panchymagogum.

Purgatoriū,
Vomitoriumq́.
Holagogū.

Rec. Aquæ Bened. vnc. j.
Hac epota mox apoſtema diſruptum eſt, uomituque cruenta, & purulenta multa eiecit, meliusq́; habere mox cœpit.

Phlebotomia.

Sequenti die poſt euacuationẽ præcedentẽ diſſecuimꝰ media-

nam uenā affecti lateris, & iſta ſectione ſanè & abſoluta fuit cura, atque æger ab omnibus deſperatus indies rectius & melius habuit & conualuit.

Diæta.

Victu præterea regebatur humectante, cibo leui & tenui, qualis, iuſcula gallinarum, &c. Potus, Aqua ſaccharata cum Manus Chriſti perl.

CVRATIO XV.

Menſium obſtructionis, Aſthmatis, Febris, Tuſsis, &c. ſymptom.

Menſtrua retenta. Aſthma. Tuſsis. Febris.

VEra & experta in quadam uirgine nouem ſupra decē nata annos: cui menſtrua retē ta prouocauimus, & ſympto mat

nata remouimus ad hunc modum feliciter.

Infusum Purgans. *Infusum Purgans.*

Rec. fol. ſenæ à ſtipitibus ſelectæ vnc.s.

Trochiſc. de Agarico, drachm.j.s.

è Myrrha, drach.j.

Zingib. drachm.s.

Sauinæ pugil.j.

Sacchari vnc.s.

vini lib.ij.

Macerentur ſimul facta ebullitione per noctem, & fiat Infuſum: de quo manè ac ueſperi per duas horas ante cœnam potui dabantur vnc. quinque tempore fluendorum men-

ſtruorum, nimirum poſt Coniunctionem Lunæ.

Phlebotomia.

Poſt ſufficiẽtem purgationẽ, uenas pedum ſaphenas appellatas meo iuſſu aperuit.

Diæta.

Cibi dabantur εὔχυμοι.

Potus, uinum, cui impoſuit pulegium & paſſulas. Atq; ita ſanè ſana euaſit virgo iſta.

CVRATIO XVI.

Chiragræ.

Chiragra.

COmes quidam illuſtris ætatis ſuæ anno quinquageſimo incidit in manus inflationem & acerbum dolorem, quem in paucis horis liberauimus

nus noſtra

Aqua antipodagrica. *Aqua podagrica.*

Cuius utendi modus ſępius indicatus eſt in cæteris Centurijs.

CVRATIO XVII.

Podagræ. *Podagra.*

NObilis quædam mulier vidua agens ætatis ſuæ annum quadrageſimum ſecundum, grauiſsimè torquebatur podagra, quam mox diſcuſsimus & ſubmouimus uſu

Aquæ antipodagricæ.

CVRATIO XVIII.

Aſtmatis ſuffocantis, Tuſsis, Anorexiæ. *Aſthma. Tuſsis. Anorexiæ.*

Gũdelfinga. *Io. Schuuay bach.*

CErta & experta in oppido Gundelfinga, ubi Ioann. Schvvaybach ciuis annos triginta quatuor natus, factus fuit Asthmaticus, anhelosus uel suspiriosus: quem mox, Deo iuuante, liberauimus paucis sequentibus remedijs.

Purgatoriũ Infusum.

Purgatorium Infusum.

Rec. Decocti pectoralis vnc.ij.

Trochisc. alhandaal pul. scrup.j.

Maceratis simul per noctem, manè colaturam bibit, excrementaq; deiecit pituitosa, tenacissima, fœtida & uaria, atq; indies

ndies aduersissima eius ualetudo leuata & sedata mox est.

Diæta.

Victus ratio erat εὔπεπτος & εὔχυ-μος.

Potus uinum Enulatum.

CVRATIO XIX.

Pruritus.

Pruritus.

EXperta in quodam Magistro artium & philosophiæ, qui ætatis suę anno uigesimo octauo, longo, odioso & graui Pruritu uniuersum corpus occupante diuexabatur ita, ut diu noctuque nullam habuerit requiem. Ego in consilium adhibitus paucis & facilibus infra scriptis remedijs, integræ sani-

rati restitui ipsum.

Purgatorium.

Rec. M. pilul. sine quibus, scrupul.ij.
De fumo terræ, scrup.j.
Ellebori nigri præparati grana.iij.
Cum syrupo rosato solut. Monta. fiant Pilulæ nouem, inuoluantur cinnamomo. Has capiebat post cœnam, & multoties multa, variaq́; egessit.

Phlebotomia.

Perpurgato corpore secuit, me monente, uenam hepaticā, & copiosè detraxit sanguinem.

Balneum. *Balneum.*

Elapsis à uenæ sectione quinque diebus lauabat in Balneo, quod parabatur ex ramentis ligni iuniperini, & folijs quercinis in aqua coctis. Et hoc utebatur quotidie usque ad Pruritus extirpationem.

CVRATIO XX.

Scabiei, Dolorisq; Pedum.

Scabies. Dolor pedũ, & artuum.

VEra & probata in quadã muliere, quinquaginta annos nata: quæ libera sanaq; euasit paucis his sequentibus.

Purgatorium.

Rec. Decocti senæ vnc. iiij.
Conf. Hamech drach. vj.
Miscen-

Miſcentor pro Hauſtu: quo rectè ac bene fuit perpurgata.

Balneum.

Balneum.

Poſt purgationem ex mea inſtructione parabatur ipſi Balneum in hunc modum.

Rec. ramentorum ligni iuniperi. lib. j.

Foliorum quercin. Manip. xxx.

Conorum abietinorum, uulgò Thannzapffen, numero xx.

Coquantur ſimul in aqua q. ſufficit pro Balneo, quotidie renouando. Atque tale Lauacrum cótinuauit per ſingulos dies,

dies, donec penitus mundata fuit à ſcabie.

CVRATIO XXI.

Ardores & phlegmones orificio uentriculi impactæ.

Ardor, inflãmatio oris uentriculi.

QVidam Nobilis annũ agens trigeſimum ſecundum, oris uẽtriculi inflammatione laborabat: cui perfacili ſequenti remedio ſolo ſubuenimus.

Potio, ſeu Infuſum.

Rec. liquiritiæ raſæ & inciſę vnc. iij.

Maceretur in aqua fontana, de qua cõtinuò bibit, ac indies rectiſsimè habuit & conualuit.

CVRA-

CVRATIO XXII.

Febris Tertianæ spuriæ.

Febris Tertiana spuria.

EXperta in concubina cuiusdam sacrificuli septuagenaria, quæ ita à nobis curata est.

Sudoriferum.

Rec. flor. centaurei min. Manip. j.

Radic. Asari vnc. j.

Decoquebantur in aquæ fontanæ lib. vj. ad consumptionem lib. j. s. Ex Decocto isto capiebat quotitie manè in lecto calidè ad vnc. vj. & bene cõtecta sudauit diu multumque: atque hac sudandi ratione à febre citò liberata fuit.

Diæta.

Diæta.

In Mensa bibit aquam deco-ctionis radicum cichoreæ.

CVRATIO XXIII.

Humeri Tumefacti cum graui Dolore.

Humerus Tumefactus cũ Dolore. Barbl Gruberin. Alten.

BArbara Gruberin in Alten agens annum sexagesimũ patiebatur in dextro Humero Tumorem cũ magno dolore, ita ut brachium mouere uel subleuare minimè posset. Eius cura à me talis fuit instituta.

Cataplasma.

Rec. argillæ ustæ.
furfuris secalicei, ana Manip. iij.
aquæ chalybeatæ q. s.

Miscean-

Misceantur, coquantur, fiatq; Cataplasma, quod crebrò applicabatur calidè supra humerum affectũ: ex cuius usu mox tumor dolorque remotus est, brachijq; mobilitas redijt.

CVRATIO XXIV.

In qua agitur de urina suppressa, Aluo constipatata, & uentris tumore.

Vrina & Aluus suppressa, cum uentris tumore.

Hans Herz. Bissingen.

IOan. Hertz Bissingensis circa ætatis annum trigesimum nõ potuit mingere, nec cacare, passusq; est Tumorem uẽtris. Hunc adiuui, ut sequitur.

Diæta.

Potus erat aqua Decoctionis granorum iuniperi.

Purgatorium.

Rec.

Rec. El. Benedictæ laxat. drachm. vj.s.
Trochisc. de halicacabo scrup.ij.
Aquarum rad. vrticæ.
Raphani, ana vnc.ij.s.
Commiscentor pro Haustu: quem sumpsit residens in Balneo sequenti.

Balneum.

Parabatur ex rapis in aqua coctis.

Quibus omnibus bene, multumque respondit & Aluus, & uesica, & tumor remotus fuit ac statim conualuit.

CVRATIO XXV.

Vermiũ, doloris uentris, Anorexiæ, sitis.

Vermes.
Dolor uentris.
Anorexia.
Sitis.

Gerg Medinger. Bachagl.

GEorgij Medingeri Bachagliensis filius annos octo natus, querebatur de his corporis malis, cui subuentum à nobis est hoc modo.

Purgatorium Helminthagogum.

Rec. Diaturbith cum rheobarbaro drachm.ij.
Vini vnc.ij.
Miscentor pro Haustulo, quē sequēti die repetiuit, multosque uermes, &c. egessit.

Diæta.

Potus erat Aqua, in qua per noctem maceratæ fuerant cæpæ.

Emplastrum.

Cæpas pariter, meo iussu, cũ butyro & aceto coctas supra uentrem applicabat. Quibus omnibus breui omnino sana-tus est.

CVRATIO XXVI.

Febris Tertianæ nothæ, Ictericiæ, &c.

Febris Tertiana. Ictericia. Rittelbaur. Alten.

RIttelbaur in Alten agens ætatis suæ annum trigesimũ hos passus fuit affectus: quem citò iuuimus, ut sequitur.

Purgatio.

Rec. Decocti aperitiui. Ma. cum rheobarbaro, vnc. iij.
Elect. de succo rof. drachm. vj.

Aquam cinnamomi vnc.j.
Miſceantur pro Hauſtu: quo biliosa permulta excreuit, meliusq́; habuit.

Phlebotomia.

Tertio poſt purgationem die uenam incidit hepaticā multumq́; ſanguinem extraxit.

Diæta.

Victus ratio erat refrigerans & humectans.
Potus Decoctum:
Quod Rec. fragariæ.
Cichorei ana M.j.
Radic. cichorei vnc.ij.
Paſſularum vnc.ij.
Miſcentor & concoquantur in aquæ libr. viij.

usq; ad consumptionem lib.j.
Atque his ita administratis liber euasit à febre, ictero, alijsque symptomatis cum laude Dei, Opt. Max.

CVRATIO XXVII.

Febris continuæ, Doloris Capitis, Inappetentiæ, alui constipati.

Febris continua. Dolor capitis. Inappetentia. Aluus constipatus.

IAcobi Senfft stannarij & ciuis Laugingani filius Iacob⁹ nouendecim natus annos grauiter & periculosè sic ægrotabat: quem mox Deo annuente sanum feci per sequentem potionem & poculum.

Iacob Sēfft. Laugingá.

Calix chymicus,
Purgatorius &
Vomitorius.

Calix chymicus. Purgatori⁹ & Vomitorius.

Rec. aquæ fontanæ
Vini, ana vnc. iiij.

Bulliant ſimul & ſemel, poſtea infundantur in Calice noſtro chymico per horæ quartã partem, deinde inuocato nomine DOMINI accepit calicẽ ſalutarem, ebibitq́ue infuſum, atq; poſt horam euomuit multa phlegmatica, & biliosa, ac aluo quoque conſimilia excreuit. Et ſtatim melius, melior urina, & in quatuor dierum ſpatio ſanatus fuit.

Diæta.

Victus ratio fuit humectans, bona.

Potus Decoctum hordei ſacchara.

charatum.

CVRATIO XXVIII.

Anginæ, Squinantiæ.

Angina. Squinantia. Caſpar Müller. Bachagl.

CAſparus Müllerus, qui in Bachagl pago habitabat, natus annos octo ſupra uiginti laborabat capitali hac ægritudine, febriebat, tuſsiebat, difficilè reſpirabat & deglutiebat. Vrina erat rubens & ſpumoſa. Hic uir per me ab iſtis mortiferis malis uindicatus eſt hoc modo.

Phlebotomia.

Meo iuſſu ſecta eſt cephalica, quæ reſpiciebat magis locum læſum.

Gargarisma.

Gargarisma.

Rec. aquæ plantaginis.
Aquæ mulsæ ana lib. j.
Miscentor pro Gargarismo, quo sæpius uti solebat.

Linctus.

Lambitiuum.

Post Gargarisationem, & instante Tussi lambebat crebrò.

Rec. syrupi de liquiritia.
de hyssopo
acetosæ simpl. ana vnc. j.
oxymel. squillit.
aceti squillitici ana vnc. iij.
Commiscendo paretur Linctus.

Emplastrum.

Extrà simul Emplastrum admouere iussi ad latus, in quod magis

magis declinabat phlegmone.

Rec. Mucillag. de fœnugræco vnc. v.

Cerusæ vnc. j.

Camphorę tritę drach. ij.

Misceantur pro cataplasmate, cuius usu & gargarismi beneficio phlegmone ab extra rupta est, & ulcus postea consolidatum fuit

Emplastro Apostol.

Diæta.

Cibi dabantur, me monente, humectantes, quales iuscula pisorum, lactis, omnia recētia & paratu alia faciliora & meliora.

Potui dabatur aqua decoctio-

nis radicum urticę cum melle.

Atque hiſce omnibus adiuuante Deo paucis diebus bene, pancraticeq́; habuit.

CVRATIO XXIX.

Febris Tertianæ ſpuriæ.

Febris Tertiana ſpuria. Liele Seibold. Burga.

PRo Leonharto Seibold in Burga habitante, qui ætatis ſuæ anno trigeſimo ſexto hac fuit correptus febre, ſed à me mox ita liberatus eſt.

Pilulæ.

Rec. M. pilul. aurearum ſcrup. ij.
ſine quibus ſcrup. j.
Diagrydij grana v.

Cum ſyrupo roſ. ſolut. parantor Pilulæ IX. quæ inuolutæ cin-

e cinnamomo manè deuorabantur, ac bene, rectè, multumque operabantur.

Phlebotomia.

Tertio post assumptionē pilularum die, secuit hepaticam uenam in dextro cubito.

Diæta.

Cibi pauci admittebantur & ὔπεπτοι.

Potus, aqua decoctionis radic. cichoreæ.

Atque his quidem paucis in paucis diebus euasit liber.

CVRATIO XXX.

Tussis pessimæ cum Asthmate.

Tussis. *Asthma.* *Iacob Müller.* *Dilinga.*

PRo Iacobo Müllero eiusque uxore, qui acerba tussi & an-

& anhelatione infestabantur Dilingæ circa ætatis annum sexagesimum: adiuti autẽ sunt per sequentia adiumenta citò & bene sic.

Purgatorium.

Rec. Decocti senæ vnc. ij.
Syrup. è rheubarbaro vnc. iij.
Commisceantur pro Haustu, quem & maritus & uxor capiebat, eoq; multùm & rectè purgati sunt.

Pastilli.

Rec. Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Amidi, ana drachm. sem.
Succi glyzyrrhizæ, drach. sem.

Sac.

Sacchari candi vnc.j.s.
Tritis omnibus & saccharo in aqua uiolata dissoluto parētur Pastilli: quos sæpius capiebant maximo cum iuuamine.

Diæta.

Victu regebantur humectante ἀπέπτῳ καὶ ἀχύλῳ.

Potus erat uinum saccharatum.

CVRATIO XXXI.

Hydropis, Anasarcæ, Asthmatis, Tussis, Anorexiæ, Sitis.

Hydrops. Anasarca. Asthma. Tussis. Anorexia. Sitis. Melchior Vueld. Dischinga.

MElchior Vveld, qui in Dischinga habitat, habebat istum Hydropem eiusq; symptomata, circa ætatis annum uigesimum septimum. Vrina eius

eius erat ſpumoſa, liuida, craſſa, confuſa, lethalis, ſed conſilio meo uſus, mox ſanus factus eſt pauculis ſequentibus à me ordinatis.

Purgatorium.

Rec. Diaturbith cum rheobarbaro drachm. vij
ſeri lactis vnc. v.

Commiſceantur pro Hauſtu: quo fuit ab aquoſitatibus optimè purgatus, & quotidie rectiùs ualere cœpit, atque habuit.

Diæta.

Pauper iſte uir erat, propterea meo iuſſu bibit aquam Decoctionis granorum iuniperi & ab-

& absinthij, & sanè cum sanitatis consecutione felici felix factus est.

CVRATIO XXXII.

Dysuriæ, Vrinæ difficultatis.

PRo bonarũ artium studioso in Academia Dilingana Philippo Bõgartnero quindecim annos habẽte: qui me ipsi medente citissimè sanatus est in huncmodum.

Dysuria.
Vrinæ difficultas.
Dilinga.
Philippus Bõgartner.

Purgatorium.

Rec. Decocti apertiui Mai. vnc.ij.
syr.ros.solut.drachm.ij.
Benedictæ laxat.drach.iij.
Aquæ cinnamomi vnc.s.
Misceantur pro Haustu: quem

accepit

accepit residens in sequenti Balneo.

Balneum.

Rec. saxifragiæ. M. v.
Gran. iuniperi. M. x.
Rament. Iuniperi. M. iij.
Salis. M. j.
Decoquantur in aqua q. s. ad Balneum.

Diæta.

Potui dabatur Decoctum granorum Iuniperi. Atq; horum usu mox & multa minxit & multa cacauit, recteque reualuit.

Febris maligna. Capitis dolor.

CVRATIO XXXIII.

Febris malignæ cum Capitis dolore.

Pro

PRo Muliere ſexaginaria periculosè decumbente.

Purgatio.

Rec. decocti Carduibened. } vnc.
Scolopendr. } ij.
Syrup. roſati ſolut. Montani. vnc. j.
Elect. de ſucco roſ. vnc. ſem.

Fiat Hauſtus commiſcendo: quo manè in ſumpto bene, feliciterq; & eſt purgata & curata.

Epithema.

Fronti præterea applicabat, me imperante, tale Epithema.

quod Rec. aquarum roſar. rub.
Burſæ paſt.
Solatri
Semperuiui ana vnc. iij.
Commiſceantur pro Epithemate frontali: quo receſsit calor & dolor.

Diæta.

Cibus erat lenis & tenuis, & iuſcula, &c.
Potus, Decoctum hordei uulgare & uſitatum.

CVRATIO XXXIV.

Morbi planè deſperati & incogniti.

Morbus deſperatus, incognitus.

EXperta in alia muliere quadra

ragenaria ab omnibus de-
perata & deplorata derelicta:
me uerò consilium, auxili-
mque expetenti, in nomine
SV exhibeo istam potiun-
ulam.

Purgatorium Holagogum.

Purgatoriū holagogū.

Rec. Aquæ Bened. vnc. ij.
Quę ore & aluo pessima, fœ-
dissima, permulta & uaria
xturbauit: atq; post istas Eua-
uationes præter omnium spē
e die in diem sanitatem ite-
um per Dei inuocati gratiam
misericordiam obtinuit ac
etinuit.

Diæta

Eius erat εὔπεπτος, εὔχυλος, εὔχυμος.

CVRATIO XXXV.

Pleuritidis & symptomatum.

Pleuritis.

PRo Nobili quodam triginta sex annos habente, qui sine uenæ sectione confestim curatus à nobis ita fuit.

Purgatoriũ Vomitoriumq́.

Purgatorium Vomitoriumq́.

Rec. Aquæ Bened. vnc. ij.

Hæc corpus totum & rectè perpurgauit, & sanum integrè reddidit.

Diæta.

Victus regimen fuit, quod alijs pleuriticis sæpius est præscriptum à nobis.

CVRA-

CVRATIO XXXVI.

Aſthmatis, Tuſsis.

Aſthma.
Tuſsis.

Experta in uidua triginta ſex annos nata: quæ iſtis malis diu & lethaliter conflictata eſt, omniumq́; remediorum auxilio fruſtrata. Curatio eius eiuſmodi fuit.

Purgatorium,
Vomitoriumq́.

Purgatoriũ,
Vomitoriumq́.

Rec. aquæ Bened. vnc. ij. Quæ haud longa mora uomitu ac ſeceſſu peccantes humores expulit, ſanamq́ue rurſum effecit fœminam. Deo ſoli laus eſto in omne æuum.

CVRATIO XXXVII.

Lumborum Doloris ex Renum calculo.

Lumborum Dolor.
Dilinga.
Leonhartus Mayr.
Renum arenæ, calculi.

EXperta bene Dilingæ in Leonharto Mayr ætatis suæ anno quadragesimo primo affecto cruciatu hoc chronico ex renum arenis & calculis. Sed adiutus est per Dei Gratiam à me statim his, quæ sequuntur, remedijs.

Purgatorium.

Rec. Decocti aperitiui maioris cum rheobarbaro vnc.iij.
Benedictæ laxat. vnc. sem.
Elec.de succo rof. drach.ij.
Trochisc. de alkakengi scrup.sem.

Miscean-

Misceantur, fiatque Haustus, quo optimè expurgatus est.

Balneum.

Peracta purgatione usus meo cõsilio est Balneo aquæ decoctionis granorum Iuniperi.

Vnguentum.

Post Balneum perungi lũbos curaui, sequenti unguento.

Rec. pingued. Taxi
Vulpis ana vnc. ij.
olei masticini vnc. j.
olei spicæ drach. iij.
Aceti drach. j.

Commiscentor, parantorque unguentum conducibile ualde in isto malo.

Diæta.

Cum cibis eupeptis bibitur uinum Iuniperinum.

Febris Tertiana notha. Dilinga. Ambrosius Finckler.

CVRATIO XXXVIII.

Febris Tertianæ nothæ.

PRobata Dilingæ in Ambrosio Finclero nobili ſtudioſo in Academiæ collegio diuerſante: & anno ætatis decimo ſeptimo cum iſta febre luctante. Vrina eius erat ſpumoſa, rubens. Medendi ratio hæc fuit.

Diæta.

Cibi dabantur humectantes, εὔπεπτοι.

Potus, Decoctum radicum cichoreæ.

Purgatorium.

Rec. aquarũ cichoreæ vnc. ij.
endiuiæ vnc j.
ſyrupi roſ. ſolut. vnc. ij.
uiolati ſolut. vnc. ſem.
Commiſceantur pro Hauſtu: cuius uſu & operatione febris ex toto intermiſit.

CVRATIO XXXIX.

PRo Michaële Leichtle literarum quoque ac philoſophię ſtudioſo in prędicta Academia Dilingana, qui annos natus uiginti duos grauiſsimè angebatur aſthmate ſuffocationẽ minitante. *Michaël Leichtl. Dilinga.*

Sed ſtatim per Dei gratiam perniciale iſtud malũ anheloſum ſublatum per me ſic eſt.

Purgatoriæ Pilulæ.

Rec. M. pilul. hierę cum agarico ſcrup. ij.
Agarici trochiſc. drach. ſem.

Cum ſyr. uiolato ſolut. formentur pilulæ ſeptem cinnamomo inuoluendæ.

Atq; harum uſus & operatio mox ægrotum adoleſcentem à mortifera plaga uindicauit.

Phlebotomia.

Præter purgationem ſalutarem, ſalutiferam etiam uenæ medianę ſectionem adhibui in ſiniſtro cubito.

Diæ-

Diæta.

Cibi erant iuſcula, aliaq; humectantia.

Potus, uinum ex Infuſione paſſularum.

CVRATIO XL.

Doloris Ventriculi, Capitis, Anorexiæ.

Dolor Ventriculi, Capitisq́, Anorexia.

Dilinga.

Ludouicus Bertelius.

PRo Ludouico Bertelio bonis literis in Academia Dilingana operam nauante, qui natus annos octo ſupra decem mox à me eſt ſanätus ſequenti

Purgatorio.

Rec. decocti ſenæ vnc.ij.
El. Diaphœnicônos drachm.iiij.

Miſceantur pro Hauſtu ſalu-

tifero,

tifero, quem ſalubriter fuit ex pertus.

Diæta.

Fuit calef. & humect.

Potus abſinthites.

CVRATIO XLI.

Vomitus. *Capitis Dolor.*

Vomitus Capitis doloris.

FR. quidã Monachus ſtudiorum cauſa uiuẽs in Collegio Dilingano ætatis ſuæ anno uigeſimo ſecundo cibum & potum diu non retinebat, ſed inſumpta reuomebat, caputq́ue dolebat.

Iſta grauia mala repuli ab eo ſic.

Diæta.

Cibus offerebatur concoctu per-

perfacilis.
Potus, uinum abſinthiacum.

Vnctio. *Vnguentum ſtomachale.*

Rec. Olei abſinthiaci
maſticini ana vnc. iij.
His uentriculus ungebatur, ac poſtea applicabatur.

Sacculus. *Sacculus ſtomachalis.*

Ex ſale calente paratus: quibus ſubſtitit uomitus.

Purgatorium.

Rec. aquæ meliſſæ
hyſſopi ana vnc. ij.
Syrup. de rheubarbaro ſolut. vnc. iiij.
Miſceantur pro duabus uicibus, quas manè per duos dies bibit, retinuit, egeſsit, euaſitque,

ſitque ſanus.

Phlebotomia.

Præter iſta auxilia uenæ quoque Medianæ ſectionem adhibui haud ſine fructu etiam.

CVRATIO XLII.

Refrigerata membra.
Aſthma.
Inappetẽtia.
Diſpepſia.
Balthaſſ.
Vvayſs.
Dirlauging.

Ob ingens Frigus aquæ læſi Pedis, Manus, Digitorum, totiusq́ corporis cum Aſthmate, Inappetentia, Dyſpepſia.

BAlthaſar Vvayſs agricola in Dirlauginga annorum ſexaginta duorum ex aqua frigida, cui linum ad macerandum impoſuerat, manus, digitos, pedes, aliaque membra, atque adeò totum corpus refrigeratum ualdè habebat, & ne rigida ac-

a ac gelata omnino fierent, ti-
nebatur.

Huic nos subuenimus, re-
creauimus & salubriter ad sa-
nitatem reduximus hunc in mo-
dum.

Diæta.

Ieiunus sumpsit uinum subli-
matum cum pauxillo pane im
buto. Aliàs bibit Decoctum
granorum iuniperi.

Cibi erant calefacientes, te-
nues, facilesque coctu.

Purgatio.

Rec. Benedictæ laxat. drach.
sex.

Vini vnc. quatuor.

Misce-

Miſcebantur pro Hauſtu ſalubriter operante.

Balneum.

Rec. Chamomæl.
Origani.
Abſinthij noſtratis ana M.x.
Gran. Iuniperi M.vij.
Coquebantur hæc in ſ.q. aquæ pro Balneo, quo aliquot dies uſus fuit uſque ad ſanitatis recuperationem.

Lienteria. Vomitus. Aſthma. Febris. Sitis. Anna Schneiderin. Dilinga.

CVRATIO XLIII.

Lienteriæ, Febris, Vomitus, Aſthmatis, &c.

ANna Schneiderin in Leprodochio Dilingano agens annum trigeſimum mortiferè ægro-

ægrotauit, paſſa videlicet Lienteriam, Febrem, Vomitus, Anhelationem, Sitim, Anorexiā, & deplorata mala.

Huic per Dei Omnipotentis gratiam ſuccurri, cura qualis ſequitur, ſalutifera.

Diæta.

Cibus dabatur, qui ex aqua chalybeata coquebatur, faciliſque concoctu erat.

Potus, Aqua, uel uinum rubellum chalybe candente reſtinctum.

Ante cibum capiebat,

Conſeruæ abſinthij drachm. ij.

aquæ uitæ vnc. s. Miſc.

Fomentum.

Fomentatio crebrò fiebat ad anum ex aceto, in quo decoquebantur furfures.

Sacculus.

Rec. Abſinthij
Menthæ ana M. v.

Ex his paratus fuit ſacculus pro Ventriculi fomentatione. Atque his paucis & ſolis deſperata mulier breui ſanitatem conſecuta eſt.

CVRATIO XLIV.

Dyſenteriæ.

Dyſenteria. *Georgius Gienger.* *Dilinga.*

GEorgius Gienger annos octodecim habens, operam nauabat literarum ſtudijs Dilingæ, & aliquando afflictus eſt gra-

est graui Dysenteria cùm magna uentris torsione ac cruciatu.

Iste quoque à me citò sanatus fuit, ut indicant sequentia.

Diæta.

Cibi fuêre εὔχυλοι καὶ εὔχυμοι.

Potus, aqua chalybeata cum syr. acetos. citri.

Item lac amygdal. dulcium ex aqua chalibeata paratum.

Potio Antidysenterica.

Rec. rheubarbari torrefacti drach. j. s.

Myuę cydoniorum simpl. vnc. j. s.

Syr. è Ribes vnc. j.
Aquæ plantag. vnc. iij.
Misc. Pro Potione.

Fomenta.

Lintea in lacte chalybeato calente intincta sæpius applicauit uentri, quo dolor remisit.

Sacculus.

Ano frequenter admouit sacculos calidos ex furfuribus secaliceis in aceto rosato coctis. His ita administratis, Deo à me inuocato pro desperato, in quinque dierum spatio sanitati restitutus fuit.

CVRATIO XLV.

Podagræ.

Podagra.

GEnerosus Baro N. N. impatibilem perpetiebatur me præsente, me uidente, me condolẽte, dolorem & cruciatum podagricum: quem Deo iuuãte, & annuẽte, intra paucas horas leniui, sopiui, sustuli ex toto per nostram

Aquam podagricam. *Aqua podagr.*

Deo soli laus esto per omne æuum. Amen.

Dolor Ischiadicus.

CVRATIO XLVI.

Doloris Ischiadici.

Io. Haug. Dilinga.

IOan. Haug ætatis anno uicesimo tertio Dilingæ coxendicis sinistrę dolore multùm cruciabatur. Pro quo leuando ordinaui sequentia.

Balneum Anodynũ.

Balneum.

Rec. flor. Chamomæl.
Gran. Iuniperi contuso-
rum, ana M. x.
Salis M. iij.
Coquantur in aqua q. ſ. pro
Balneo.

Vnguentum.

Rec. pingued. Taxi
Vulpis ana vnc. iij.
olei maſticini vnc. ij.
olei ſpicæ vnc. j.
Aceti drach. iij.
Miſc. pro vng. quo affecta co-
xa poſt Balneum diu multum-
que peruncta fuit.

Sacculus.

Poſt unctionẽ applicabat meo
monitu

monitu ſacculum calidiſſ. ex contuſis granis iuniperi factũ. Atque ex his paucis in horas cõualeſcebat, laus medico medicorum opt. Altiſsimo ſoli.

CVRATIO XLVII.

Tuſsis chronicæ ingentis.

PRo Ludouico Bezl ſeptuagenario ciue Dilingano, qui uehementi tuſsi diu laborans à me ita curatus fuit.

Tuſsis ingẽs chronica. Luduuig Bezel. Dilinga.

Diæta.

Cibus fuit paucus & facilis digeſtionis.

Potus, Hydromel, ſeu Aqua mulſa hæc.

Hydromel. Aqua mulſa.

Rec. Aquæ fontis lib. viij.
Mellis deſpumati lib. s.

Hyſſopi pugil.s.
Enulæ camp. vnc.s.
Glyzyrrhizæ drach.j.

Bulliant ad quartæ partis conſumptionem, deinde colentur.

Purgatoria.

Rec. decocti pectoral.
ſyr. uiolati ſolut. ana vnc.ij.

Miſc. fiat Hauſtus, quem repetebat ſequenti die. Tertio die accepit

Pilulas.

quæ Rec. M. pilul. Hierę cum agarico
Agarici trochiſc. ana ſcrup.ij.

Cum

Cum syr. uiolato solut. formentur pilulæ septem.

Et his sanè purgatorijs medicamentis uniuersum corpus optimè expurgatum fuit, optimeq́ue conualuit.

CVRATIO XLVIII.

Chiragræ. *Chiragra.*

NObiliss. matronæ N. ætatis annorum quadraginta sex manus carpum affligebat tumor, rubor, calor & pulsans dolor acerbus: Hæc liberata mox est per applicationem nostræ

Aquæ podagricæ. *Aqua podagr.*

CVRATIO XLIX.

Matricis motus, suffocationis, Vomitus item cibi potusq́.

Matricis motus, suffocatio. Vomitus. Gerg Bauman. Eppẽspurg.

GEorgij Bauman in Eppenspurg uxor, puerpera tentabatur grauiter prædictis uteri malis, sed mox nostra usa consilio consanuit per sequentia præsidia.

Diæta.

Cibis incoxit rosmarinum.

Vino, quod bibit, imposuit melissam & rosmarinum. Ante cibum parum bibit de uino maluatico.

Fomenta.

Sacculi.

Rec. pulegij

Men-

Menthæ ſiccæ ana M.x.

Formabantur ex his duo ſacculi, unus admouebatur ſupra uentriculum, alter ſupra matricem calidè. Atq; his matrix placata fuit, & ſymptomata ablata.

CVRATIO L.

Hydropis Anaſarcæ, Orthopnœæ.

Hydrops Anaſarca. Orthopnœa.

PRobata in Ettebeuren, ubi Ioannis Vvidemã uxor puerpera ſic afflicta, ſtatim liberata fuit per nos ſequentibus medelis perpaucis.

Purgatorium

Rec. Diaturbith cum rheobarbaro drachm.vij.

Vini

Vini vnc. iiij.

Misc. pro Haustu: qui expulit & propulsauit omnem statim tumorem & ipsam quoque orthopnœam.

Diæta.

Fuit cibus εὔπεπτος.

Vinum, cui imposuit grana Iuniperi.

CVRATIO LI.

Podagræ.

Podagra.

EXperta in Mercatore opulēto N. N. opulentum dicam, quia pauperes & inopes rarò laborant podagra, sed qui Plutoni, qui Cereri, qui Bacho dediti ac occupati sunt, persæpe. Ita Mercator iste ingentes est

passus

passus dolores, quos discussimus & compescuimus applicata more solito nostra

Aqua podagrica.

Vomitorium.

Purgauimus etiam hominem per uomitũ, exhibito uino diluto macerato in Poculo nostro chymico. Quia si podagrici ante tempus statutũ, in quo morbus iste inuadere aut redire solet, purgantur per uomitiua, maximè uerò, per

Aquam Benedict. nostram, uel

Infusionem poculi chym.

Vel etiam per alia conuenientia.

Aqua Podagr. Vomitoria.

Poculum chymicum. Præseruãdi ratio à podagra.

Tunc

Tunc dolor aut nullus ferè, aut clemens expectandus est, qui statim etiã soluitur & tollitur usu aquæ podagr. Atque ista sanè methodus ueluti certa & indubitata præseruandi à podagra omnibus podagricis obseruanda est. Nam multi multis mensibus affligi solent hoc malo, purgati uerò, ut dictum est, leuiter tantùm corripiuntur dolore, perque duos, uel tres solummodo dies, si adhibeant aquam nostram.

Arthritis Nodosa. Podagra Nodosa.

CVRATIO LII.

Articularis morbi Nodosi, seu Podagræ Nodosæ.

Pro

PRo omnibus, qui habent Articulorum duritias, uel duros Tumores, quos Latini Nodos, Nodositates, Tophos, Græci πόρυς appellant. *Articulorū Duri Tumores, Nodi, Nodositates.*

Pro his tumorib⁹ duris emolliendis, leniēdis, discutiēdis & abigēdis usi sumus & utimur *Tophi. Pori.*

Oleo sulf. *Oleum sulf.*

Quo calente inunguntur manè, meridie ac uesperi, & desuper

Emplastrum Diasulf. *Empl. Diasulf.*

Applicatur actu calidum. Atq; his indies tophi prædicti emolliuntur, leniuntur, discutiūtur & profligātur. Id quod lōgo tēpore sum⁹ felicissimè experti.

CVRA-

CVRATIO LIII.

Aluus constipata, indurata.
Leonhart Cuntzman, Bercken.

Alui constipatæ, induratæ.

LEonhartus Cunzman rusticus septuagenarius in Bercken habitans constipatus erat per plures dies, nihil sponte suo, neque conatu maximo egerere potuit, quia stercora instar lapidis indurata erant, uenterque durus, tumidus ac dolens.

Clysteres Lenientes, Purgantes,

Clysteres.

Pro stercoribus igitur facilè deponendis & emolliédis iniici curaui

Olei sem. lini vnc. v.

Quo scybala, stercora prædura egessit.

Post

Post dimidiam horam rursus inieci.

Rec. olei sem. Lini vnc. v.
Trochisc. alhādaal drach. sem.
Misc.

Huius beneficio mox iterū deiecit dura, magna, multa, uaria: & intra diem euasit liber, sanusq; discessit à nobis.

CVRATIO LIV.

Ventriculi doloris, tumorisq; cum Febre & Asthmate.

Ventriculi dolor, tumor. Febris. Asthma. Veit Nesinger Ettenbeuren.

AB his ægritudinibus Viti Nesingeri agricolæ Ettenbeurensis filius annorum nouendecim ætatis liberatus citò fuit huncin modum.

Diæta.

Cibi iuſcula erant & humectantia alia.

Potus, Decoctum hyſſopi.

Fomentum

Sacculus.

Rec. abſinthij
Menthæ
Hyſſopi ana Manip. iij.

Conciſa ponantur in ſacculo, qui coct⁹ in aqua, & expreſſus admoueatur uětriculo dolěti.

Purgatorium,

Rec. M. pilul. ſine quibus de agarico ana drachm. ſem.
Agarici trochiſc. ſcrup. s.
Cum ſyr. uiolato ſolut. fiant

Pilulæ

pilulæ nouem.

Harum usu & bene purgatus est, & mox sanatus.

CVRATIO LV.

Febris ardentis:

IO. Beurlin Fristinga habitās, cùm esset annorum circiter quadraginta, correptus est ardente febri cum symptomatis solitis. Vrina apparebat rubēs. Hominem istum pauperem paucis & nullius pretij remedijs sequentibus, sanum feci per & propter Deum sic.

Febris ardens. *Hās Beurl. Fristingen.*

Sudoriferum,
Vomitoriumq́.

Sudoriferū, Vomitoriumq́.

Pec. aquæ carduibenedicti vnc. vj.

Radicum Aſari puluerat. ſcrup.ij.

Miſc. pro Hauſtu.

Hauſto hoc calidè in lecto ſudauit multùm, uomuitq; nonnulla biliosa.

Phlebotomia.

Sequenti die me iubente Baſilicam uenam in dextro cubito aperuit, & copiosè ſanguinem miſit.

Diæta.

Cibi dabantur iuſcula, aliaq; paratu ac coctu facilia.

Potus, Aqua decoctionis fragariæ. Atq; his ſanè mox ſubuentum eſt miſero.

CVRATIO LVI.

Febris continuæ cum Linguæ ardore.

VRbanus Gerſtmair octo ſupra annos triginta natus in febrem continuam lapſus eſt cum linguæ inflammatione & ſiti. Vrina eius rubens erat. Curatio ipſius erat talis. *Febris continua. Linguæ ardor. Vrbanus Gerſtmair.*

Diæta.

Erat humectans & refrigerans.

Potus, Aqua decoctionis radicum cihoreæ.

Gargariſmus.

Gargarizabat ſæpius quoties areſcebat lingua, Decocto raparum & poſt gargariſationẽ, *Gargariſmus.*

capiebat butyrum recens ex aqua frigida. Et his inflammatio linguæ depulſa eſt.

Purgatoriũ Pyrrettagogum.

Purgatorium, Pyrettagogum.

Rec. Aquæ terræ ſanctæ R. vnc.vj.

Hac exhauſta multa uariaq́ue ore & aluo reiecit, & febris ſtatim remiſſa eſt, cum omnibus ſymptomatib. Atq; urina etiã naturalis facta.

CVRATIO LVII.

Hydropis omnis, Anaſarcæ, Aſcitæ, Tympanitæ.

Hydrops omnis. Anaſarca. Aſcites. Tympanites.

EXperta à me ſemper feliciſſimè ſumma cum ægrotorum ſalute.

Pur-

Purgatorium Hydragogum.

Purgatoriũ Hydragogum.

Rec. Extracti Esulæ a... scrup. [illegible]em.

ad drach.j.

aquæ fontanæ q.u.

Commiscentor, colatum [illegible]bibitor.

CVRATIO LVIII.

De Pedum Dolore.

Pedum Dolor.

MIchaëlis Schumacherĩ in Glett degẽtis uxor, octo supra uiginti nata annos, pedũ acerbo dolore correpta fuit. Hãc ego intra paucos dies sanitati restitui solo ung. hoc.

Michaël Schumacher. Glett.

Vnguentum anodynum.

Vng. anodyn.

Rec. pingued. Taxi

Vulpis ana vnc.j.
olei masticini vnc.s.
olei spicæ drach.ij.
aceti drach.j.
Misc. pro Vng. quo fiebat manè & uesperi inunctio, qua dolor quieuit.

CVRATIO LIX.

Hydropis Anasarcæ, cum Asthmate, Tussi, Anorexia.

Hydrops Anasarca. Asthma. Tussis. Anorexia. Gūdelfinga. Maria Rinckin.

PRo Gundelfingensis uiduæ Mariæ Rinckin filio decem annos habēte, qui ab his ægritudinibus sanus statim factus est pauperculus per pauperculam medicinam sequentem.

Purgatorium

Rec. Diaturbith cum rheobar-

barbaro drachm. j,
Seri lactis vnc. j. s. Misc.
pro Haustulo, quem per dies duos continuos accepit, & mox sanitatem, per Dei gratiam, operatus est.

Diæta.

Cibaria erant τὰ πτωχικά, calefacientia & humectantia.
Potus, serum lactis.

CVRATIO LX.

Vertiginis, Scotomiæ.

IOan. Eberle ciuis Gundelfingensis annum ætatis agens sextum supra quadragesimum uertigine, quæ Græcis σκότωμα, & σκοτωματικὸν πάθος dicitur mor- *Vertigo. Scotomia. Hās Eberle. Gundelfinga.*

bo ſanè graui & periculoſo laborabat.

Huncutpote pauperem parui prætij medicamento iſto iuuimus.

Purgatorium.

Rec.pilul.ſine quibus.
cochiarum, ana ſcrup.ij.
Cum ſyr. roſ. ſolut. Mont. fiant pilulæ xiij. cinnamomo inuoluendæ, quarum operatio fuit multa, & ſalutaris.

Diæta.

Erant cibi paratu & coctu faciliores.

Potus, Decoctum hyſſopi.

Per menſem ſingulis ſepti-
manis

nanis manè bibit ſemel uini ſublimati ieiuno ſtomacho unc. dimidiam. Atque ita adeptus eſt ſanitatem integram.

CVRATIO LXI.

Eryſipelatis Phlegmonoſi.

EXperta bene in Ioan. Stoltz Haydenhaymenſis ciuis uxore, circa ætatis ſuæ annum quadrageſimum uterum ferente, ac eryſipelate phlegmonode correpta in dextro pede uſque ad genu cum dolore graui.

Eryſipelas Phlegmonoſum. Io. Stolz. Haydenhaim.

Hæc citò ac optimè à nobis curata ſic fuit.

Diæta.

Diæta.

Fuit refrigerans & humectans.

Potus Decoctum hordei saccharatum.

Emplastrum.

Rec. florum Nymphææ
Nasturtii aquatici
anna M.iij.

Contundebantur cum s. q. aceti, & apponebantur tepidè manè & uesperi. Atq; his paucis morbus cum dolore mox depulsus est.

Coxendicus Dolor, Ischiadicusue. Holzen. Hans Mair.

CVRATIO LXII.

Ischiadici doloris.

OPtimè probata in Holtzen, ubi Ioannis Mair uxor annorum

norum triginta octo ischiadicum incurrerat dolorem: qui per nos leuatus citò ita fuit.

Balneum.

Rec. Chamomæl.
Pulegij
Arthemisiæ
Menthæ
Maluæ
Gran. Iuniperi ana Manip. x.
Salis Manip. v. Misc.

Concoquantur in aqua q. s. pro Balneo.

Vnguentum.

Rec. pingued. Taxi
Vulpis ana vnc. iij.
olei masticini vnc. j.

olei

olei ſpicæ drach.ij.
Aceti drach j.
Commiſceátur bene pro unguento: quo poſt Balneum affecta pars diu multumq́ue inungebatur.

Phlebotomia.

Poſt doloris remiſsionem per prædicta remedia factam, aperuit ſuaſu noſtro, uenã, ad uel circa affectæ partis & pedis pollicem. Atque ſic ſe remiſit dolor & ſolutus ex toto fuit.

CVRATIO LXIII.

Omnium Febrium incurabilium.

Febres omnes.

EXperientia longa obſeruauimus in curandis omnibus febri-

febribus, & quæ nullis pharmacis & remedijs ueluti incurabiles sedari, solui & amoueri potuêre, illæ mox in omni ætate ac sexu sedatæ, solutæ, & amotæ fuêre, per

Aquam terræ S. *Aqua terræ S.*

De qua suprà paulò meminimus.

CVRATIO LXIV.

Coxendicis Doloris.

Coxēdicus, Ischiadicus, Schiaticus Dolor Asthma. Inappetentia. Hans Spies. Bachagl.

FIlia Ioãnis Spies in Bachagl habitantis cũ haberet annos ætatis octo, passa est in dextra coxa cruciatum querulum ac tristem cum Anhelatione & Anorexia. Hæc à nobis mox sanata est hoc modo.

Vrina

Vrina ipsius erat spumosa, crassa.

Purgatorium.

Rec. Extracti Esulæ scrup.j.
Seri lactis vnc.j.s.

Cõmixta colentur pro Haustulo suauissimo, quem frigidè bibit, & copiosè ac sufficienter peccantem materiam per aluum exturbauit.

Balneum.

Sequenti die post purgationem felicem, iussi parari tale Balneum.

Rec. Chamomælini
Gran. Iuniperi ana Manip.j.
Salis Manip.ſ.

Com-

Commiſceantur & conco-
quantur in ſ. q. aquæ pro Bal-
neo, quo collata ipſi fuit ſani-
tas. Laus ſoli Deo.

CVRATIO LXV.
Capillorum defluuij.

Defluuium Capillorũ. Alopecia.

NObilis quidã paſſus eſt fœdum iſtud capitis uitium, quod Græci ἀλωπεκίαν, Latini, Defluuium capilli nominant. Hunc à fœditate iſta ita breui liberauimus.

Lixiuium.
Lotio capitis.

Rec. Abrotani M. iij.
aquæ lib. iiij.

Fiat Decoctio lenis. Hoc decocto lauabãtur capilli, caput-

que bis in die, manè uidelicet & uesperi.

Vnctio.

Oleum sulf. Post lauacrum perungebantur partes affectæ

Oleo sulfur.

Atque his breui tempore & capilli sunt retent, & simul qui deciderant, regenerati. Nam experti diu sumus sulfuris oleũ inter omnia remedia huic malo conuenientia primatum habere, & pro gignendis pilis & pro confirmandis ijs in quauis corporis parte.

Ramex. Hernia carnosa. Phop Vvidlissinga.

CVRATIO LXVI.

De Ramice seu Hernia carnosa.

PHopi Vvidlissingensis filius quinde-

quindecim annos habẽs, labo-
rabat iſto uitio. Nam inter &
iuxta teſticuli dextri tunicam
tumor cohæreſcebat durus,
grauis, longus, magnusq́ue in-
ſtar oui longioris. Hunc Græ-
ci uocant σαρκοκήλην, Latini Ra- *Sarcocele.*
micem carnoſum.

In hoc curando alij ſectio-
nem machinati fuiſſent, ſed
ego abſque inciſione facilè
ita curaui, & curo in alijs mul-
tis.

Purgatorium.

Rec. pul. ſenæ laxat. vnc.
ſem.

Vini abſinthiaci lib. j.
ſem.

Macerentur pro Infuso: de quo quotidie bibit ad vnc. iij. colatas.

Balneum.

Post sufficientem purgationẽ utebatur ante & post meridiẽ Balneo aquæ, in qua coquebatur Tartarus ad vnc. iij.

Vnctio.

Ante & post Balneum inungebatur tumor Oleo sulfuris nostro.

Diæta.

Cibus dabatur bonus & facilis ad concoquendum.

Potus, uinum dilutum.

Motus rarus erat, quies uerò in lecto multa.

Atq; his ſanè remedijs tumor
idies decreuit, & per Dei gra-
iam in ſpatio quatuor hebdo-
nadum ex toto euanuit.

CVRATIO LXVII.

Incubi, Ephialtæ. *Incubus.* *Ephialtes.*

PRo nobili quodam, qui cir-
ca ætatis annum trigeſimum
equerebatur ſeſe per noctem
tiam uigilantem ſæpe oppri-
ni mole aliqua, ac difficulter
noueri, reſpirare, uocem ede-
e incertam, exilem & malè
iſcretam. Malum hoc Latinè
ncubus uel ſuffocatio noctur- *Suffocatio*
na, Græcè ἐφιάλτης, uel πνιγαλίων, *nocturna.*
Germanicè, *Drutt*, *Nachtmän-*
lein, Schrötlin nominatur.

Huncmeam expetentem curam, mox adiuui, ut ſequitur.

Purgatorium,

Rec. Aquæ bened. vnc. ij.

Hac epota euomuit multas, quibus oneratus erat, cruditates, bileſque ac phlegmata, & illico ſeſe melius habere, melius dormire, meliusque cubare prædicabat.

Phlebotomia.

Perpurgato corpore plethorico ſanguinem copioſè emiſi ex Mediana uena dicta.

Diæta.

Cibi exhibebantur pauci καὶ εὐανάδοτοι.

Vinum,

Vinum, Hyssopites erat.
Supinus præterea me monẽ-
te nũquam cubuit, sed in latus.
Atq; sic mea opera & consilio
optimè ac citissimè curatus
fuit.

CVRATIO LXVIII.

Febris omnis. *Febris omnis.*

EXperientia longa obseruaui-
mus in curandis Febribus
omnibus, & ijs equidem, quæ
nullis pharmacis solui & tolli
potuêre, illæ mox & certò so-
lutæ sublatæ sunt

Aqua Benedicta. *Aqua Bened.*

De qua meminimus sæpius.

CVRATIO LXIX.

Febris ardentis. *Febris ardens.*

Mag Vuer. Heruuer-dinga.

PRo Magni Vverl uxore habitante Hervverdingæ, quæ ætatis anno uigesimo febrem ardentem lethiferam passa est. Hæc utpote paupercula mox adiuta & liberata est per emptu facilia atque uilia ista catapotia.

Catapotia.

Rec. pilul. sine quibus aurearum ana scrup. ij.

Trochisc. de agarico scrup. sem.

Cum syrupo ros. solut. fiant Pilulæ IX.

Quarum operatio fuit bona & salutaris.

Diæta.

Cibus

Cibus erat paratu & coctu facilis.

Potus, Decoctum radicum cichoreæ.

CVRATIO LXX.

Pleuritidis, Hæmoptysios.

Iacobus Schneckle Hermeringanus agricola annorum uiginti duorum Pleuriticus fuit & αἱμοπτυικός. Hic citò curatus à nobis sic fuit. *Pleuritis. Hæmoptysis. Sputum cruentum. Iacobus Schnegl. Hermeringa.*

Phlebotomia.

Ante omnia uena hepatica secta est in cubito affecti lateris.

Purgatio.

Sequenti die datus fuit iste Haustus.

Rec. decocti senæ vnc.ij.
syr. è sena vnc.ij.
Trochisc. de agarico scrupul.ij.

Misc entor pro Haustu: quo multa egessit, & mox rectiùs habuit.

Vnguentum.

Interea singulis 3. horis latus affectũ perungebatur hoc ung.

Quod Rec. Vng. Dialthææ vnc.ij.
olei amygdal. dul. vnc.s.
Misceantur pro Vng.

Diæta.

Cibi dabantur humectantes, iuscula, &c.

Potus, hydromel.

Atque

Atque his omnibus uſus bellè habuit.

CVRATIO LXXI.

Linguæ Paralyticæ, Brachijq́ Paraelytici.

A`Paralyſi linguæ, Brachijque dextri Caſparus Vveller in Haiſen annum agens ſexageſimum ſextum mox ſolutus & curatus fuit per nos ſic. *Linguæ Brachijq́ Paralyſis. Caſpar Vveller. Haiſen.*

Purgatio.

Rec. ſyr. roſat. ſolut. Mont. vnc.iij.

Aquæ lauendulæ vnc.iij.

Miſc. pro Hauſtu: quo bene recteq; fuit euacuatus.

Mixtura.

Rec. Vini vnc.iiij.

olei

Olei uitrioli rectificati guttas, quot sufficiunt, ad reddendum acidum uinum.

Hoc sæpius tota lingua tingebatur, donec uidelicet loqui cœpit.

Diæta.

Cibi erant pauci & siccantes.

Potus, Aqua, in qua saccharum lauendulæ dissoluebatur.

Et per ista pauca adiumenta adiutus citissimè fuit, fari cœpit & ambulauit.

Coli uentrisq; Dolor. Basti Zimmerman. Haidenhaim.

CVRATIO LXXII.

de Coli Dolore.

SEbastianus Zimmerman in Haydenhaim oppidulo habitans

bitans circa ætatis ſuæ annum trigeſimum ab iſto ſæuo dolore citius liberatus eſt hunc in modum.

Fomentum.

Stercus porcinum linteo exceptum calidè impoſuit, meo iuſſu, ſupra uentrem.

Purgatio.

Rec. decocti ſenæ vnc. iij.

Diaphnœniconos, drachm. vij.

Miſc. pro Hauſtu: quo & rectè purgatus fuit, recteque ualuit.

Diæta.

Cibi fuêre calefacientes & humectantes.

Vinum,

Vinum, Abſinthiacum.

CVRATIO LXXIII.

Hydropis, Tuſsis, Aſthmatis, Febris.

Hydrops. Tuſsis. Aſthma. Febris. Hervver-dinga. Hairle Mack-

IN Hervverdinga Hainrici Macken uxor nata annos triginta duos mox liberata ab iſtis malis eſt ita.

Purgatio.

Rec. Diaturbith cum rheobarbaro drach. vij.

Decocti gran. Iuniperi vnc. iij.

Miſc.

Diæta.

Cibus erat facilis paratu & coctu.

Potus, Aqua decoctionis gran. Iuniperi.

CVRA-

CVRATIO LXXIIII.

Melancholiæ morbi, insomniæ.

IN prędicto loco Ioannis Aug. auſs mulier quadragenaria paſſa eſt Melancholicam deſipientiam & crebras Vigilias. Hęc ad ſanam mentem redijt & ſomnum placidum duxit per ſequentia remedia.

Melancholia, Inſomnia. Vigiliæ. Hans Augauſi. Hervverdinga.

Lenitiuum.

Rec. fol. ſenæ mūdatæ vnc. j.
flor. bugloſſæ p. j.
Zingib. drach. ſem.
ſeri lactis caprini lib. iij.

Bulliant ſimul ad lentum ignem uſque ad conſump. vnc. iiij. Ex iure iſto colato propinabatur manè & ante cœnam

ad vnc.

ad vnc.iiij. non plures. Laxato bene aluo, exhibui post cœnam

Pilulas.

Quæ Rec. pilul. ſine quibus, ſcrup.ij.

Cochiarum ſcrup.j.

Cort. hellebori nigri ſcrup. ſem.

Cum ſyr. roſ. ſolut. Mont. formentur pilulæ vij. quarum operatio bona & ſalutaris fuit.

Phlebotomia.

Peracta purgatione aperta meo iuſſu fuit utraque uena cephalica manuum.

Vnguentum Somniferũ.

Vnguentum Somniferum.

Somnum facilem induximus
er sequens unguentum, quo
uoties fuit inquieta, tempora
erun&ta sunt.

Rec. Vng. de alabastro vnc.
sem.

Opij grana vij.
Misc.

Diæta.

Fuit cibus calefaciens & hu-
mectans.

Potus, Decoctum serum la-
ctis caprini.

Atque hæc erant, quibus sa-
lubriter succurrebatur mulieri.

CVRATIO LXXV.

Testiculorum inflationis & duriciei.

Testiculorũ inflatio, duricies.

H Nobi-

NObilis studiosus quidã exhibuit mihi inspiciendos testiculos, quos cùm obseruarẽ affectos inflatione ac duricie, sustuli mox utrumque malum

Oleo sulf.

Solo manè & uesperi mulsùm inuncto.

CVRATIO LXXVI.

De puella Muta & Asthmatica.

Muta puella. Asthma. Haisen. Veut Hiler.

IN Haisen Viti Hileri filia uiginti annorum muta facta erat & Anhelosa: cui imploratus subueni sequentibus præsidijs.

Oleum Heracl.

Oleo Heracl. linguam totam singulis horis curaui perfricari, & a-

, & aliquot guttas ex eo de-
utiri. Facto hoc in decem ho-
rum ſpatio cœpit, admiran-
bus & ſtupentibus omnibus,
qui rectè ac diſtinctè.

Purgatoria.

Ad Aſthma porrò repellen-
um propinaui ſequentia ca-
artica.

Rec. decocti pectoral. vnc. j.
ſyr. uiolati ſolut. vnc. ij.
Miſc.

Pro Hauſtulo, quem altero
ie repetiuit.

Tertiò pôſt die præbui:

Rec. decocti aperit. M. cum
eubarbaro vnc. ij.

ſyr. uiolati ſolut. vnc. ſem.
Elect. de ſuccu roſ.
Conf. Hamech ana drach. ij.
Miſc.
Hic Hauſtus ore & aluo, multa, tenacia, uariaque proiecit, & ſic in melius ualetudo abiuit, ac conualuit.

CVRATIO LXXVII.

Melancholiæ deſperatæ.

Melãcholia. Höchſtett. Leonhard Fetter.

HAbita in ciuitate Höchſtett ubi Leonhardi Fetteri filia annorum uiginti melancholia correpta deſipiebat, lamentabatur & deplorabat de ſuis miſerijs, conſolationes ex uerbo De

Dei non admittebat, de remiſ-ſione peccatorũ addubitabat, damnatam ſe eſſe clamitabat, mortem ſibi conſciſcere attentabat.

Hanc inuocato IESV Saluatore & Seruatore animarum & corporum vnico Opt. Max. ad ſalutem reduco hac uia.

Purgatoria.

Rec. ſyr. roſati ſolut. Mont. vnc. v.

aquæ bugloſſæ vnc. iij.

Miſc. pro duabus uicibus, quas manè per duos dies bibit.

Tertio die exhibitæ fuêre

Pilulæ.

Quæ Rec. pilul. ſine quibus, ſcrup. ij.

Cochiarum ſcrup. j.

Cort. hellebori nigri, ſcrup. ſem.

Cum ſyr. roſ. ſolut. Mont.

Fiebant pilulæ vij. deauratæ & ſalutiferæ.

Phlebotomia.

Euacuato bene multumq́; corpore, iuſsi ſanguinem manè per uenæ cephalicæ ſectionem in manu ſiniſtra extrahere, ueſperi ſaphenam in dextro pede.

Diæta.

Cibi erant boni ſucci.

Potus, Decoctum florum & radi-

radicum Buglossæ.

Atque sic mens sanata in corpore sanato remansit. Deo soli laus esto in æternum.

CVRATIO LXXVIII.

Menstruorum per os reiectorum, Doloris Capitis, Asthmatis, Inappetentiæ.

Menstrua per os reiecta. Asthma. Capitis dolor. Inappetentia. Cõzeberg. Caspar Gerle.

OPtimè experta in Conzeberg, ibi Caspari Gerle uxor circa ætatis suę annũ quinquagesimum ista perpessa fuit incommoda: à quibus eam feliciter liberauimus hunc in modum.

Purgatio.

Rec. pilul. de agarico

Troch. de agarico ana ſcrup.ij.

Diagrydij grana iiij.

Cum ſyr.roſ.ſolut.formentur pilulæ nouem, quæ cinnamomo inuolutæ deuoratæ ſunt per tres horas ante cœnam.

Balneum.

Rec. Pulegij.

Origani ana M.x.

Arthemiſiæ. M.xx.

Decoquantur in aqua, quanta ad Balneum ſatis eſt.

Phlebotomia.

Poſt Balnei iſtius uſum ſecuit meo monitu ſaphenam utrámque in utroque pede.

Diæta.

Cibos

Cibos capiebat coctu faciles, acilesq́; paratu.

Potus, uinum, cui imponebat carduum benedictum. Atque ic mea iſta opera ſeruata fuit & ſaluata mulier.

CVRATIO LXXIX.

Vuulæ caſus, Tonſilarumq́ inflammationis.

Vvulæ caſꝰ. Tonſillarũ inflãmatio.

NObiliſs. & inſignis Mathematicus Cyprianus à Leovviz Rector in Illuſtri ſchola Laugingana, cum eſſet annorum quadraginta ſeptem, querebatur mihi de inflammato Iſthmo, qui ita intumuerat, ut ægerrimè deglutire potuerit.

Cyprianus à Leovvitz. Lauginga.

Hic bonus & doctiſs. uir no-

ſtram opem implorans ſtatim liber & ſaluus annuente Deo factus eſt hoc ſolo Gargariſmo.

Garga-riſmus.

Gargariſmus.

Rec. plantag. cum rad. M. j. ß.
Prunellæ. M. s.
Lappæ maioris rad. vnc. j.
Vini rubelli &
Aquæ ana lib. ij.
Decoquantur ad dimidias. j. a.

CVRATIO LXXX.

Podagra.

Podagræ.

PRo Generoſo quodam C. qui grauiter torquebatur do lore Podagrico: quem leniui, diſcuſsi, ac penitus citiſsimè ſuſtuli per noſtram

Aquam

Aquam antipodagr.
Applicatam & usurpatam, ut
indicant Centur. priores.

CVRATIO LXXXI.

Vrinæ incontinentiæ.

Vrinæ incontinētia.
Lauginga.

BEne experta Laugingę in M. Rheuss. ciuis filio, qui agens annum duodecimũ urinã diu continere non potuit, sed inuitus noctes atq; dies cõtra uoluntatem excreuit. Græcè hoc uitium uocatur ἐνούρησις, Latinè, Incontinentia urinæ.

Curam huius pueri rogatus ualdè suscepi talẽ, & sanè fructuosam & salutarem.

Diæta.

Cibi dabãtur, qui declinabant non-

nonnihil ad frigidum, & qui bonum generent ſuccum, ut oua, ptiſanæ ſuccus, pyra, oryza, caro bouina, uitulina, &c.

Potus, uinum rubellū aſtringens, uel Decoctum plantaginis ſaccharo addito.

Electuarium ſtypticum.

Rec. mucillag. ſemin. cydoniorum vnc. ij.
Myrobolan. citrin.
Oſsium dactylorum.
Coralliorum rubeorum.
ana drachm ij.

Pulueriżentur pulueriżanda, & cum ſaccharo quantum ſufficit, Fiat Electuarium: cuius Doſis erat drachm. j. uel paulò plus

plus manè longè ante cibum.

Balneum.

Rec Gran. Myrti.
Balaustiorum.
Cortic. granatorum.
Cort. pinearum.
Gallarum.
Hypocistidos.
Acaciæ anna M.j.
Spodij drachm. iij.
Rosar. rub.
Coriandr. præparat. ana M. sem.

Bulliant in s. q. aquæ chalybeatæ, aut ferrariæ usque ad consumptionem tertiæ partis, deinceps coletur.

In hoc Balneo bis quotidie sedebat

ſedebat ad horam manè & tribus horis poſt prandium.

Vnguentum.

Poſt Balneum ungebátur renes & hepar cũ ſequenti Vnguento.

Rec. olei roſati
olei myrtini.
olei cydoniorũ ana vnc. j.
Sandal. rub. &
albor. ana drach. j.
Succi plantag.
Succi ſemperuiui ana vnc. ſemis.

Pulueriżáda pulueriſentur & cum modico ceræ fiat unguẽt. molle. Atque his auxilijs intra paucos dies bonam ualetudinem,

tem, auxiliante Deo, integrè
adeptus est.

CVRATIO LXXXII.

Podagræ.

Podagra.

D. Abbatissa N.N. habebat magnam & flebilem Podagrã: cui mox ante prandiũ & cœnã exhibuimus sequentem Bolũ.

Bolus Purgans.

Rec. florum casſiæ vnc. s.
Conſer. roſarum drach. s.
Miſc.

Aqua Podagrica.

Poſt Laxatã aluũ & poſt fluxionis humorũ principiũ admouimus Aquã noſtrã, qua dolor eueſtigio mollitus, ſoporatus & in paucis horis abolitus eſt.

CVRA-

CVRATIO LXXXIII.

Menstruorum per os reiectorum cum Asthmate, Febre, Tussi, Artuumq; dolore.

Menses ore reiecti. Astma. Febris. Tussis. Artuum dolor. Anna Beelerin. Lauginga.

ANna Beelerin uidua ætatis suę anno quadragesimo tertio Laugingæ degens, sanguinem mittebat menstruum per os, febriebat, anhelabat, grauiter Tussiebat, Artuumque dolore Dolebat.

Vrina, quam reddebat, erat rubra.

Hæc à nobis ita fuit feliciter curata.

Diæta.

Cibi dabantur calefacientes & humectãtes, facilesq; coctu.

Potus

Potus erat
Decoctum.
Quod Rec. saluiæ
Melissæ
Hyssopi ana M.s.
Mellis vnc.ij.
Decoquebantur in aquæ lib. viij. ad consumptionem lib.j.
Vsus erat in prandio & cœna, loco alterius potus.

Purgatorium.

Rec. Trochisc. alhandaal drachm.j.
pul. senæ scrup.ij.
Macerabantur per noctem in loco calido in iuris pisorum lib.j. pro duabus uicibus manè colatis & ebibitis, quibus mul-

tùm aluo purgata, & ſanguis diuerſus retractus fuit ad uterum cũ remiſsione & dimiſſione omnium ſymptomatũ.

CVRATIO LXXXIV.

Aſthmatis, Febris, Ictericiæ, Menſium obſtructorum.

Aſthma. Febris. Ictericia. Menſes obſtructi. Stoffl Cæſar. Hauſen.

CHriſtophori Cæſaris Hauſenſis uxor circa annũ ætatis quadrageſimũ ab iſtis malis ſeruata fuit hac curãdi ratione.

Diæta.

Cibus datus eſt facilis coctionis.

Potus, Hyſſopites.

Purgatorium

Rec. pilul. de agarico ſcrup. ij.

Tro-

Trochisc. de Agarico drach. sem.

Cum syr. rosſ. solut. formentur pilulæ nouem: inuoluantur cinnamomo.

Has pilulas cum pomo cocto accepit. Quarũ operatio multa fuit & salutaris.

Phlebotomia.

Post corporis purgationem aperuit Venam nigram. Atque sic sanata mox fuit.

CVRATIO LXXXV.

Calcationis ab equo factæ.

Calcatus ab equo. Hans Sẽfft. Lauginga.

IOannes Senfft Lauginganus ciuis calcatus ab equo grauiter fuit in dextro latere sub costis nothis ad regionẽ hepatis,

hinc tertio die sensit ibidem dolorem, spirandi & obambulandi difficultatem. Hunc per Dei opem sanauimus sic citò.

Vnguentum.

Rec. Vnguent. Dialthææ vnc.ij.

Olei amygdal. dulc. vnc. sem.

Misc.

Hoc ung. ter in die manè scilicet, meridie & uesperi inungebatur calidè latus affectum, ac postea linteum butyro perlitum applicabatur cum præsentanea sensus doloris mitigatione.

Sudoriferum.

Rec.

Rec. aquæ Cerefolij vnc. v.
pul. carduib. drachm. ſem.
Rad. Aſari ſcrup. j.

Commiſcentor pro Hauſtu
n lecto manè ſumpto, quo uo-
nuit ſanguinis grumos, & ſu-
lauit, & actutum rectius ſen-
it.

CVRATIO LXXXVI.

*Hydropis, Aſcitæ, Anhela-
tionis, &c.*

Hydrop.
Aſcites.
Aſthma.
Veut Mayr.

EXperta in Lauterbach apud Vitum Mayr qui ætatis ſuæ anno quinquageſimo nono Hydropicus factus mox per ſequentia pauca præſidia Medica liberatus fuit. Vrina eius apparebat ſpumoſa & rubens.

Diæta.

Cibus dabatur coctu perfacilis.

Potus, serum lactis cum saccharo rosato.

Purgatio.

Rec. aquæ absinthij
capill. ueneris ana vnc. ij. sem.
Diaturbith cum rheobarbaro drachm. vij.

Commisceantur pro Haustu: cuius uirtute excreuit ad libras triginta ichorum & aquositatum, & melius statim habuit, & indies omnino conualuit.

CVRA-

CVRATIO LXXXVII.

Iterum Hydropis Anasarcæ, Leucophlegmatiæ.

Peter Mayr. Landshausen.

PEtr⁹ Mair agricola in Landshausen natus annos viginti quatuor, seruatus fuit ab isto lethali morbo sic.

Purgatio.

Rec. aquæ absinthij vnc. v.
Diaturbith cum rheobarbaro drachm. vij.
Misc. fiatque Haustus, quo omnes aquositates exturbatę ac expulsæ fuêre.

Diæta.

Cibus facilis erat.
Potus uinum in quo macerabatur cinis granorum & ligni

excorticati Iuniperi.

Confortatiuum hepatis & stomachi.

Ante prandium & cœnam capiebat ex conſerua abſinthij drachm. ij. Atq; ita ſanus euadebat cum Laude Dei Opt. Max. Med.

CVRATIO LXXXVIII.

Febris Tertianæ, ſpuriæ & periculoſæ.

Febris Tertiana. Caſparus Molitor. Lauginga.

EXperta in Caſparo Molitore ſtudioſo & ſtipendiario Palatino apud Lauginganos, qui ætatis ſuæ anno decimo octauo ab iſta febre ita per nos liberatus fuit.

Purgatorium.

Rec.

Rec. decocti aperit. cum
rheobarb. vnc. ij.
ſyr. roſat. ſolut. vnc. ſem.
Elect. de ſucco roſ.
Diaphœnic. ana drach. ij.
Miſc.

Pro Hauſtu bene operato, ex quo meliuſculè habuit, ſed febris mitior tamen remanſit. Quare pro iſta penitus ſubmouenda præbuimus ſudoriferum.

Hidroticum antipyreticum.

Hidroticũ antipyreticum.

Rec. ſumit. Centaurei min. M. iij.
Aquæ lib. viij.
Fiat Decoctio iuxta A. ad dimidias.

Ex hoc Decocto bibit manè in lecto per quinque dies, ad vnc. v. & sudauit, sudationeq́; multa Febris ex toto remissa est.

Diata.

Cibi fuêre faciles coctu.

Potus, Decoctum hordei saccharatum.

CVRATIO LXXXIX.

Pruritus uehementis, insanabilis, Scabieiq́.

Pruritus, Scabies. Gerg Christl. Lauginga.

GEorgius Christl. ciuis Lauginganus annos natus sex supra triginta, laborabat ualdè pruriginosa & insanabili scabie lõgo tẽpore in pedibus, adeò quidẽ ut diu noctuq́; nullã haberet

haberet requiē, nec ulla iuuamenta cōſequeretur à multis, quos cōſuluerat, Medicis. Tādem ad me ueniens iuui miſerum & deploratum hominem ad hunc modum.

Diæta.

Cibaria præbebātur τὰ εὔχυμα.
Potus uinum meliſſatum.

Purgatio.

Rec. decocti ſenæ vnc. ij. s.
ſyr. roſati ſolut. Mont. vnc. j.
Conf. Hamech. drach. vj.
Fiat Hauſtus quo bene purgatus fuit.

Balneum.

Balneū ad ſcabiem & Pruritum.

Rec. fol. quercus, M. x.
Coquātur in aqua chalybeata q. ſ. pro

q.s. pro Baleno. Hoc utebatur per octo dies: & liberabatur quidem ab omni scabie, sed pruritus remansit. Quare nono die purgatus est ut suprà. Contra pruritum autem paratum est tale linimentum.

Vnguētum pro Pruriginosa Scabie.

Linimentum.

Rec. Vng. populeonis vnc.ij.
olei rosati, vnc. sem.
succi plantag. vnc.j.
Opij, scrup. sem.

Cum aceti acerrimi uncijs ij. dissoluantur & incorporentur, & fiat Vng. quo manè & vespe ri perunxit pedes pruriginosos, à quibus longissima & asperrima cutis prurigo omnis omni-

omnino discessit cum Dei gloria.

CVRATIO XC.

Chiragræ nodosæ.

Chiragra Nodosa.

ACcersitus fui ad Nobilem anonymum, qui chiragra laborabat, & in manus articulis habebat Tophos seu Tophaceas duricies. Ego dolorem chiragræ in paucis horis amoui

Aqua podagrica nostra:

Tophos uerò emolliui, dissipaui, & submoui paulatim

Oleo sulfuris &

Emplastro Diasulf.

CVRATIO XCI.

Comitialis morbi, Epilepsiæ.

Comitialis morbus. Epilepsia.

Antistes

ANtiſtes N. in celebri monaſterio N. agens annum quadrageſimum, laborauit, correptus, grauiterq́; cruciatus fuit morbo comitiali, quem Græci ἐπιληψίαν nominant. Iſta horrenda ægritudo ubi dominum inuadere cœpit, cõuulſus ſubitò concidit, ſtertuit, uociferatus eſt, ſpumauit, circumactus, tremuit, & horrifera fecit, propter quæ confratres Monachi exhorruêre & aufugêre. Ego accerſitus ad hunc Dominum per menſem talem inſtituo curam.

Sacchar. antepilepticũ. Sacchar. Bezoardicum.

Saccharum Antepilepticum ſeu Bezoardicum.

Ex ſac-

Ex saccharo Bezoardico exhibeo quotidie manè ad drach. vnam, quo corpus lenissimè indies à peccantibus, uitiosisque humoribus euacuatum est.

Sternutatorium.

Præterea per tres dies ante Nouilunium & Plenilunium inspiratum est meo iussu nostrum sternutatorium, quod describitur in Centur. 1. Curat. v. *Sternutatorium.*

Diæta.

In uictu dabatur cibus εὔχυμος.

Potui uinum tenue, cui imponebantur flores Tiliæ.

Atq; ita sanè Dominus iste ab

omnibus

omnibus deploratus præter omnium ſpem & opinionem, ab horribili ac incurabili morbo per nos intra menſis ſpatiũ liberatus & curatus eſt, nec unquam in iſtud priſtinum malũ recidit, ſed uiuit iam annis multis uegetus, ſanus & incolumis, laus ſoli Deo eſto.

CVRATIO XCII.

Hydrops. Aſcites. Claſs Brenzer. Memminga.

Hydropis Aſcitæ.

NIcolaus Brenzer in Mẽminga pago habebat uxorem prægnantem & ſimul Hydrope Aſcitico affectam. Hanc per Dei gratiam mox ſanam feci ad hunc modum.

Purgatio.

Rec.

Rec. fol. senæ mundatæ scrup.vj.

Ros.rub.P.j.

Zingib. scrup.j.

Sacchari vnc.s.

seri lactis lib.ij.

Macerentur pro Infusione: De qua manè capiebat ad vnc. iij.

Balneum.

Postquam purgata rectè beneque fuit, usa est per dies aliquot Balneo aquæ salitæ in qua cadens chalybs restinctus fuit. Atque per id Balneum ex hydrope omnino sanata est.

CVRATIO XCIII.

Vermium, Febris, Capitis doloris, Anorexiæ, Dyspnœæ.

Vermes. Capitis dolor. Anorexia. Dyspnœa. Mattheus Rimele. Offinga.

EXperimento confirmata Offingæ in Matthæi Rimele filia nata annos septendecim, quæ multis uexabatur uermibus cum prædictis symptomatibus.

Vrina eius erat cholerica & turbida. Liberata uerò ista puella per nos fuit in quatuor diebus sic.

Purgatio.

Rec. Diaturbith cum rheobarbaro vnc. semis.
seri lactis vnc. iij.
Misc. pro Haustu.

Hoc

Hoc euomuit quinq; uermes. [Se]quenti die iterum accepit e[u]ndem Haustum, atque eiecit [ta]m ore quàm aluo uiginti [q]uinque uermes, ac mox po[s]tea libera sanaq; euasit.

CVRATIO XCIV.

Epilepsiæ, Comitialisq; Morbi.

PRobata in oppido Gundelfinga, ubi Christophori Rimele filius quindecim annorū quotidie correptus fuit graui Epilepsia. Vrina eius apparuit alba, crassa, confusa. *Epilepsia. Comitialis morbus. Gūdelfinga Stoffl Rimele.*

Hic Dei Opt. Max. Archiatri nutu, & instructione, à nobis curatus fuit sic.

Sacchar. Bezoardicum.

Saccharum Antepilepticum seu Bezoardicum.

Per quatuor dies manè dedimus ad ſcrupulos duos ſacchari Bezoardici, huiusque uſu malum iſtud peſsimum ſtatim remiſit, dimiſit, nec rediјt unquam. Atque id ſanè experti ſumus & experimur iam longo tempore in pellenda Epilepſia felicisſimè in omni ſexu & ætate.

Diæta.

Huius adoleſcentis cibus erat præfacilis in digeſtione.

Potus, Aqua decoctionis florum Tiliæ.

CVRATIO XCV.

Lepræ, Elephantiasis.

EXperiẽtia comprobata Medingæ in Pauli Eſer filia uiginti duos annos habente, in qua menſes retenti fuerant, indeq; Lepra & Elephantia infici cœpit cum pedum magno dolore.

Lepra, Elephantiasis. Pedum dolor. Medinga. Paulus Eſer.

Curam huius huiuſmodi ſuſcepi.

Diæta.

Cibos imperabam boni ſucci, ac paratu emptuque faciles. Quia erat tenuioris fortunæ.

Vinum bibebat Meliſſatum.

Purgatio.

Rec. fol. ſenæ vnc. j.
rad. aſari vnc. s.
carduibened. M. s.
Vini & aquæ an lib. j.

Macerētur in loco calido pro Infuſione: ex qua manè bibit ad vnc. iiij. per dies aliquot, donec rectè fuit euacuata.

Balneum.

A' peracta euacuatione uti cœpit quotidie Balneo iſto.

Rec. plantag. M. v.
foliorum quercin. M. vij.
piſorum herbæ (*erbiskraut, oder ſtro*) M. x.

Coquantur hæc in aqua, quāta ſatis eſt ad Balneum. Cuius uſu quotidiano totum corpus

per

perbellè mundificatum fuit ac ſanatum.

Phlebotomia.

Vt menſes præterea ordinatè fluerent, ſaphenas Luna creſcente ſecari iuſsi: quæ ſectio multùm profecit, omnemq́ue ad conſequendam ſanitatem integram opem contulit.

CVRATIO XCVI.

Paralyſios cum capitis dolore chronico.

Paralyſis. Capitis dolor. Gerg Vverner. Schreza.

GEorgius Vverner in Schreza uitam ruſticam agens, altero latere ætatis anno quadrageſimo ſecundo paralyſi correptus fuit cum capitis chronicico dolore.

Eius cura à me suscepta talis fuit.

Purgatio.

Rec. M. pilul. sine quibus scrup. ij.

Agarici trochisc. drach. sem.

Cum aqua cinnamomi F. pilulę IX. quibus à cœna sumptis rectè multumque euacuatus fuit.

Balneum
Laconicum.

Rec. absinthij.
Origani
Menthæ
Gran. iuniperi ana p. æ.

Decoquantur, ut est artis, in s. q. Li-

q. Lixiuij pro Balneo ſudatorio, quo è toto corpore ualdè manauit ſudor, atque indies affectum latus reſtitutum eſt ad proprium ſuum motum.

CVRATIO XCVII.

Vomitus Cibi & Potus.

IOãnes Gerſtmair Vvidliſsingæ degens annos natus plus ſeptuaginta, uomebat omnia quæ comedebat & bibebat. Curabam uerò paucis his hominem ualdè debilitatum.

Vomitus Cibi ac potus. Hans Gerſt mair. Vvidliſsinga.

Fomentum.

Sacculus.

Sacculus ex abſinthio ſicco factus crebrò applicabatur uẽtriculo.

Confortatiuum.

Stomachale.

Ante prandium & cœnam capiebat ex Conſerua abſinthij ad drachmas ij. His ita administratis retinere cœpit, quidquid edit & bibit.

Diæta.

Edit autem cibos facilis coctionis, cui momentum Zingiberis admiſcuit. Et bibit aliquandiu uinum abſinthiacum.

CVRATIO XCVIII.

Peſtilentia cũ Bubone.
Catharina Sturmin.

Peſtilentiæ cum Bubone.

SÆua Peſtis inuaſerat cum Bubone Catharinam Sturmin

in Eppenſpurgenſem ruſti- *Eppẽſpurg.*
um. Vrina eius apparebat ru-
ens.
Liberata hæc hoc pacto à me
uit citò.

Phlebotomia.

nte omnia iubente me ſecta
uit uena cordis, multusq́; ex-
ractus ſanguis.

Hidroticum.

Rec. carduibenedict. M. iij.
Decoquatur in aquæ libr xij.
d dimidias. Ex hac bibit ſta-
im poſt uenam ſectam ſe-
quenti die manè ad vnc. vj. in-
q́ue lecto multum deſudauit,
& indies rectiùs habuit.

Diæta.

Diæta.

Pro Potu dabatur cum cibo ἄνχυμος.

Decoctum hordei saccharatum.

Emplastrum.

Buboni interea, dum intus curabatur, emplastrum manè & uesperi applicabatur.

quod Rec. axungiæ porci lib.j.

absinthij contusi q.s.

Commiscentor pro Cataplasmate, quo Bubo emollitus, maturatus, ruptus, in ulcus uersus est, quod postmodum per Emplastrum Apostol. cōglutinatum & sanatum fuit.

Atque

atque ipsa mulier lethaliter afflicta his perpaucis & facilibus remedijs mox ad bonam redijt ualetudinem.

CVRATIO XCIX.

Epilepsiæ, Comitialis morbi.

Epilepsia. Morbus Comitialis. Oberbeching. Burgl Mairin.

OPtimè experta & probata in Oberbechinga, ubi Burgl Mairin filius decennis, persæpe correptus fuit dies noctesque horribili morbo comitiali, & in paroxysmo oculus sinister, os & manus sinistra conuulsa est, loquela amissa, brachium sinistrũ torpuit, sed paroxysmus citissimè remisit, & ad se redijt, nec lapsus est,

ut sit

ut fit in grauiore epilepsia.

Curatio pro isto puero suscepta fuit talis.

Diæta.

Per mensem bibit Aquam decoctionis florum Tiliæ.

Purgatoria.

Rec. Spiritus v. A. vnc. semis.

Hoc epoto eiecit permulta, fœtida, phlegmataq; tenacissima, atque mox loqui cœpit, rectiusq; habuit. Dedi post duos dies iterum eiusdem spiritus drach. ij. per 4. dies, quo optimè fuit & expurgatus & sanatus. Laus soli Deo Deorum esto in omne æuum, Amen.

CVRA-

CVRATIO C.

Calculi uesicæ.

Calculus Vesicæ. Lorentz Magk. Fayminga. Vrina suppressa.

Ene experta Faymingæ, ubi Laurentij Magck textoris fans filiolus semestris per ultos dies nihil mingere po- uit, uirga ualdè intumuit, gra- ïsimeq; discrutiatus fuit. Parentes usi cùm sunt meo onsilio, subministraui misero eiulanti puerulo hæc Auxi- a.

Saccharum Bezoardi- cum.

De saccharo Bezoardico ex- ibui ad magnitudinem auel- anæ ante pastum.

Balneum.

Post

Post sacchari exhibitionem impositus fuit in Balneo aquæ Decoctionis raphani, capill. ueneris, & Nasturtij aquatici. Vbi mox excreuit lapill. magnitudine pisi, minxitque expeditè multa, ac statim à sæuo & crudeli malo euasit liber & sanus. Deo soli laus & perennis gratiarum actio esto per infinita secula. Amen.

PRECA-

PRECATIO ET GRATIARVM ACTIO pia ac deuota

MARTINI RVLANDI Patris, ad

Deum Optimum Maximum Medicum.



RATIAS ago tibi, misericordissime DEVS & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, quod pro tua paterna misericordia & in præpotente manu tua, ęgrotos meos sanos facis. Da igitur gratiam, ut grato animo & memoria agnoscant tua beneficia, quæ ipsis per me indignum seruulum

præstas: & post receptam sanitatem gratias agant semper tibi, resipiscant, amplius nō peccent, sed piè iuxta tua mādata uiuāt. Rogo quoq; Te, Clemētissime PATER, ut & alijs ęgrotis meis miserearis, peccata remittas, errores condones, ad Fidem tuam conuertas, ueram pœnitentiam concedas. Et quia Tu uulneras & mederis. Tu percutis & sanas. Tu mortificas & uiuificas. Tu deducis ad inferos & reducis. Tu denique uitæ potestatem habes & mortis: sana obsecro *Potentissime Medice* eos quoque pro tua paterna uoluntate, indulgentia,

ia, bonitate & misericordia per tua & abs te benedicta medicamenta: & salua eos, in tua uirtute & in sanctissimo nomine IESV dilectissimi FILII tui Optimi Medici omniũ animarum & corporũ languẽtium, ut gloriosissimũ tuũ nomen per me omnibus diebus uitæ meæ sanctificetur laudetur & glorificetur. Exaudi Domine PATER, benignissime uocem deprecationis meæ iuxta promissionem charissimi Filij tui dicentis: *Amen Amen dico vobis, si quid petieritis* PATREM *innomine meo, dabit vobis.* Da ergo, Ioan. 14.

quęso ueracissime PATER,
Omnipotens Deus, ꝙ ægroto-
rum nomine abs te peto, da in-
quam in nomine IESV dile-
ctissimi filij tui qui tecum in u-
nitate S. S. uiuit & regnat
Deus potens per omnia secu-
la. Amen. Tibi ô PATER mise-
ricordissime; Tibi ô IESV Chri
ste amãtissime; Tibi ô Sancte
Paraclete Spiritus desideratis-
sime; Tibi inquã ô sanctissima
Trinitas esto benedictio, & cla
ritas, & sapientia & gratiarum
actio, honor & virtus & forti-
tudo in secula, seculorum
Amen. Amen. Amen.

AMEN.

CEN-

CENTVRIAE Nonæ

INDEX

Alphabeticus locuples continens morbos, ſymptomata, ægrotorum nomina, loca & medicamenta iuxta numerum curationum.

A

Aſth-

C

Faymin-

Hay=

hairle

Mel=

FINIS
Centuriæ Nonæ.

Laus & virtus sit soli Deo,
per infinita secula
seculorum.
Amen.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:
Anno
cIↄ Iↄ cx.



